Werk

Titel: Ueber die historischen Werke des Johannes Codagnellus von Piacenza. II.

Ort: Hannover

Jahr: 1891

PURL: https://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?345858530_0016|log48

Kontakt/Contact

Digizeitschriften e.V.
SUB Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen

info@digizeitschriften.de

XV.

Ueber die historischen Werke

des

Johannes Codagnellus von Piacenza.

Von

O. Holder-Egger.

II.

V.

Von und aus der Chronik des Johannes Codagnellus.

(Fortsetzung.)

Istoria Lonbardorum, qualiter fecerunt collegium et primo arma contra inimicos sumpserunt.

Quia putamus utile fore et ad audiendum delectabile oppressiones Lonbardie et subiectiones atque exactiones ad memoriam reducere, de his ad presens videndum est pariter et audiendum. Anni quadriginti LXVI post Christi nativitatem. Erant enim in Galia Cisalpina habitantes[1] terrarum laboratores, agrorum cultores, armentorum custodes, equorum, mulorum, asinorum ductores, arma militaria seu bellica minime cognoscentes, predas, *rapinas, oppresiones sustinere proposuisse[2], *f. 43a. tamquam arma bellica vellent exercere. Opprimebantur namque Galli Cisalpini, qui Lonbardi dicuntur, frequentissime a Gallis Transalpinis ac efferis[3] Theothonicis, a perfidis Ungaris, a crudelibus Longobardis. Reperitur in analibus libris, quod veteres historiografi[4] Liguriam Galliam[5] Cisalpinam appellant; unde Donatus gramaticus in dispositione provintiarum Mantuam in Galliam Cisalpinam esse dixit. Item legitur Ariminum in Galliam constitutum[6]. Verumtamen non detinebantur sub aliquo domino[7]. Sed predicti ad partes Lonbardie accedentes gravissime eos opprimebant, bona eorum ipsis auferentes, quosdam vero copiosos pro captivis, ut redimerentur, secum ducentes. Interea quidam viri prudentes perfidiam atque sevitiam predictorum sufferre nolentes ingenti turba virorum sapientum tractare ad invicem pariter et cogitare ceperunt, qualiter ab oppressionibus et subiectionibus eorum possint deliberari, bona et iura eorum illesa conservare. Hoc facto omnes unanimiter

1) 'habentes' Hs. 2) Vgl. die oben S. 268 angeführten Stellen. 3) 'eueris' Hs. 4) 'historiam ogrofi' Hs. 5) 'asiam' Hs. 6) Dies von 'veteres' an ist aus Pauli Hist. Langob. II, 23 entnommen, welche Stelle schon oben in der Handschrift f. 24c in den aus Paulus excerpierten Gesta de Italie provinciis steht; s. oben S. 325. 327, N. 7. Nur ist hier aus der 'expositio Virgilii' des Donat eine 'dispositio provintiarum' geworden. 7) Es ist vielleicht 'dominio' zu emendieren, da oben S. 328: 'qui sub aliquo minime detinebantur imperio'.

et cum omnium[1] voluntate sacramento firmaverunt colegium per civitates, castra et loca totius Lonbardie. Quo sic statuto et ordinato, illico quendam virum nobilem et prudentem, Dioclitianum nomine, Romane urbis[2], dominum et rectorem eorum elegerunt et fecerunt. Qui cum omni gente sua ad Lonbardie partes accedens in Mediolani civitatem sedem suam posuit et
*f. 43b. firmavit. Qui statim *tamquam vir prudens et nobilis omnes viros ditissimos civitatum, castrorum et locorum equis et armis bellicis fecit preparare et decenter decorare; precepit iterum per civitates, castra et loca, ut equis et armis quilibet deberet uti, rursum [dedit[3]] in mandatis, ut pedites armis eis decentibus et convenientibus deberent se aptare et egregie preparare. Et dum hec agerentur, Galli Transalpini ingenti multitudine virorum bellicorum coadunata ad Lonbardie partes more solito pergere properantes, bona eorum ab eis auferre statuentes. Quo audito et intellecto a Diocliciano viro nobili, universam Lonbardie gentem militum et peditum apud Mediolanum fecit coadunare, victualia secum ad duos menses deferentes. Habito quoque cum viris sapientibus conscilio, ut ad montium fines cum gente sua accedere festinaret, ut transitum eis viriliter et egregie prohiberent; ipse dixit et statuit, et ita per omnia factum est et adimpletum. Viri autem Transalpine Gallie ad Gallorum fines accedentes ipsos etiam summo labore transire conabantur. Lonbardi[4] quoque se obviam[5] prebentes fortitudines et montium summitates occupaverunt, ipsis quidem viriliter resisterunt[6], transitum eis penitus prohibentes. Percipientes etiam transitum minime habere posse, dolentes et gementes ira et dolore sunt repleti et ad propria sunt reversi. Fertur in agmine Diocliciani fuisse quatuor milia quingentos milites equis et armis decenter preparatos. In peditibus vero
*f. 43c. non fuit *numerus. Dioclicianus autem cum omni gente sua ingenti letitia et gaudio magno omnes repleti ad proprias sunt reversi sedes. Steterunt postea viri nobiles et potentes Lonbardie elati magna nobilitate et summa excellentia, decenter et honorifice equis et armis decentibus, indumentis quoque pretiosis ornati et preparati super aliis omnibus, qui in universo reperientur orbe, civitates, castra et loca, iura et bona eorum ab omni persona defendere et manutenere statuentes. Cumque Dioclicianus egregie Lonbardiam regeret et gubernaret et iustitiam et rationem unicuique manuteneret[7], Teothonici

---

1) 'om̄i' Hs. 2) Hier ist nichts ausgefallen. Vgl. oben S. 264, N. 2. 3) Fehlt Hs.; vgl. Ann. Plac. p. 443, 26: 'dedit ei in mandatis'. 4) 'lōbardie' Hs. 5) 'omnia' Hs.; 'se obviam prebere' siehe oben S. 259 und an vielen anderen Stellen bei Codagnellus, z. B. unten f. 44a. 45b. 47d. 48a. 6) So die Hs. 7) 'mātēneret' Hs. nur hier, sonst stets 'manutenere'.

audientes ex veridica[1] relatione, de his que in Lonbardia nuper gesta erant intelligentes, ira et furore nimio commoti, ad partes scilicet Lonbardie subiugandas more solito accedere proposuerunt, quinque mensibus a predictis iam transactis. Hoc cognito et intellecto a Diocliciano viro excellentissimo, ad civitatem Veronam velociter iter suum direxit, sedemque suam ibi statuit et firmavit, legatos etiam per universas civitates, castra et loca misit, ut milites omnes equis et armis eorum ad suam deberent accedere presentiam, similiter ut pedites Mantue, Padue, Tarvisii, Vicentie[2] ad Veronam civitatem armis eorum et victualibus appropinquare deberent; sic enim voluit, sic iussit, sic factum est. Interea Teothonici ingenti turba Teothonicorum, Biemorum[3], Brienzonum[4] et aliarum *nationum in septentrio- *f. 43d.
nali parte habitantium versus Lonbardiam Teothonico furore iter eorum direxerunt. Cognita ita veritate a Diocliciano de eorum adventu, statim cum exercitu suo ad transitum Gargiensem[5] equitare festinavit. Dicitur enim transitus ille ad Gardam, quia diligenti custodia et guarda debet custodiri et guardari.

Cumque sic Teothonici et Lonbardi adinvicem certarent, volentes Teothonici summa vi transire, Lonbardi ex altera parte stantes illos transire minime permittebant. Et dum per quindecim dies sic stetissent, percipientes Teothonici transire non posse, dolore magno et ingenti tristitia reversi sunt ad propria. Similiter Dioclicianus cum gente sua cum nimio gaudio ad Veronam rediit civitatem. Ibidemque moram faciens, sicut Domino placuit, de hoc seculo migravit; unde tam pedites quam milites et universi totius provintie Lonbardie ingenti mestitia pariter et tristitia sunt turbati, ira et dolore commoti. Sepelierunt namque corpus eius decenter et honorifice in basilica beati Zenonis. Congregatis igitur et coadunatis viris prudentibus et nobilibus et communicato conscilio, Maximianum, virum nobilem et excellentissimum, de genere virorum nobilium Sipri ortum, regem[6] Lonbardie elegerunt et statuerunt. Et dum hec agerentur, pervenit ad audientiam Alexii Ungarie regis de his que in Lonbardia gesta erant, ira et furore turbatus *et dolore commotus, colecta universa gente sua, ad *f. 44a.
partes scilicet Lonbardie iter suum velociter direxit. Hoc audito et in veritate cognito, dictus Maximianus, qui sedem suam in urbe Mediolani posuerat, sine mora ad Verone civitatem cum Mediolanensibus[7] militibus iter suum direxit; legatos quidem per universam provinciam misit, ut tam pedites quam

---

1) 'uēdica' Hs. 2) 'uicentii' hier Hs., unten aber immer 'Vicentia'. 3) 'biem̄' Hs. Vgl. oben S. 264. 4) 'brion̄' Hs. Vgl. ebenda. 5) 'gărgien̄' Hs. Codagn. denkt doch wohl an die Veroneser Klause, die nicht weit von Garda liegt. 6) 'legem' Hs. 7) 'mediol' Hs.

milites equis et armis bellicis et victualibus et aliis rebus necessariis sine dilatione ad Veronam deberent accedere civitatem. Intelligens autem Maximianus de adventu eorum, colecta et coadunata universa gente sua apud Montem-Silicis[1] illis se obviam prebuit. Et dum sic per aliquos dies starent, quodam die Martis signis belli et vexillis et clangis ab utraque parte commotis prelium incipitur. Duravit namque[2] bellum a mane usque ad horam none, et tunc unus ab altero voluntarie secessit pari pugna. Cum autem sic starent, timentes amplius preliari, die Veneris venienti summo diluculo[3] populares urbis Mediolani in expeditionem cum tubis sonantibus extensi magnoque triumpho intraverunt; unde Lonbardi gaudio magno gavisi sunt. Similiter ea die Florixius, vir nobilis et potens, cum magna turba militum adiuvandi causa in castris Alexii intravit. Altera vero die tempestive armati et asclerati, et uterque exercitus adinvicem paulatim appropinquantes, tubis
*f. 44b. per partes sonantibus prelium incipitur; preliantur *insimul fortissime et iniquissime. Multi ab utraque parte sunt capti et vulnerati, et innumerabiles gladio et astarum verberibus interrempti, et quam plures vitam eorum sub pedibus equorum consumantes[4]. Videns autem Alexius suos in prelio deficere et fortissima hostium tela minime ferre posse, cum aliquibus viris prudentibus in medio prelii se posuerunt, volentes prelium dividere. Sed Lonbardi tamquam viri summe audatie et bello docti, cognoscentes inimicos resistere non posse, magis ac magis insultum super eos viriliter facientes, inimicos ab omni parte expeditionis superabant et fugabant. Tandem cum vidissent Ungarienses resistere nec cum eis preliari posse, terga vertentes fugam petierunt; quos Lonbardi insequentes amplius quatuor milibus illos persecuti fuerunt; multi quoque sunt interrempti et vulnerati, multi etiam capti et in carceribus reclusi. Recesserunt namque Ungarienses fugiendo per nemora et paludes, per loca deserta et inhabitata, tandem pervenerunt ad propria ingenti dolore et tristitia. Lonbardi vero nimio gaudio et victoria magna ad proprias sunt reversi sedes. Stetit postea Maximianus in urbe Mediolani regens sapienter regnum Lonbardorum; postea Lonbardi prudentes steterunt et astuti, in bello valde tuti[5]. Reperitur enim in analibus libris Sibille repertis apud basilicam sancti Iohannis Laterrani[6], quod[7] prudentia virtutis et scientia primo ante Christi adventum fuit
*f. 44c. *apud Grecos, secundario apud Romanos, post Christi adventum prima vice apud Gallos Transalpinos et Gallos Cisalpinos, secunda vice apud Teothonicos et in septentrionali plaga habitantes.

1) 'filicis' Hs. 2) 'naque' Hs. 3) 'dilicło' Hs. 4) Vgl. oben S. 262. 5) Vgl. oben S. 264. 6) Vgl. oben S. 316. 7) 'q' ('qui') Hs.

His ita gestis ad Maximiani audientiam pervenit, quod Longobardi Panoniam[1] tenebant et possidebant, arva quidem Panonie et iura etiam et bona ipsius provincie habitatoribus subreperant[2]. Quo facto exiit edictum[3] a Maximiano, ut Longobardi omnes in Panonia habitantes Panoniam et arva Panonie desererent et ad vetera deberent redire, loca vero omnia, que incollis eiusdem provincie abstulerant, reddituri. Igitur Longobardi[4] relicta Panonia cum uxoribus et natis, licet invite, ad propria sunt reversi, habitaverunt namque in Panonia annis XXII. Qui dolentes, flentes et conquerentes ad presentiam Gisulfi Longobardorum regis accesserunt, omnia per ordinem que eis contingerant aperientes. Quo audito et intellecto a rege, ingenti dolore et tristitia repletus, communicato conscilio virorum nobilium, ad partes scilicet Lonbardorum subiugandas cum exercitu magno accedere proposuit. Misit autem legatos per universum Longobardie[5] regnum, ut tam pedites quam milites equis et armis egregie preparatos ad suam deberent appropinquare presentiam, victualia ad sex menses deferentes. Congregato namque exercitu tribus mensibus versus Lonbardiam velociter pergere festinaverunt. Audiens hec Maximianus, non tamquam timidus, sed *tamquam homo magne audacie, uni- *f. 44d.
versam gentem Lonbardorum iuxta Reni fluvium coadunare precepit cum equis et armis et victualibus sibi necessariis. Sicut dixit et statuit, sic et factum est et adimpletum. Et dum sic starent, audito de adventu Longobardorum[6], castra sua movere versus inimicos iussit. Qui venientes ad partes Imole, ibidem sua finxit tentoria, adversarios ibidem expectantes. Capto namque castro et omni fortitudine Imole, illud diligenter custodire fecerunt. Et dum hec agerentur, exercitus Longobardorum appropinquans, prope castra Lonbardorum sua posuerunt tentoria. Altera vero die ambe partes summo mane exeuntes de castris, tensis aquilis et signis belli motis et tubis per partes sonantibus prelium magnum incipitur. Multi ab utraque parte sunt mortui et in campis iacentes semivivi et gravissime vulnerati. Preliaverunt namque usque ad horam none, et tunc unaqueque pars voluntarie secessit. Capti sunt etiam de Longobardis in ipso prelio quinque milia ducenti virorum bellicorum et mortui quingenti XXII. Ex Lonbardis capti fuerunt ducenti XL et interrempti LVI virorum armatorum. Silenti vero nocte Longobardi mortuos et captos computantes et cognocentes innumerabiles de bello turpiter recessisse, videntes resistere non posse, castris relictis clam et pri-

1) D. i. Venetien; vgl. oben S. 326, N. 19. 2) So Hs. 3) 'dc̄m', e davor übergeschrieben in der Hs. 4) 'lonbardi' Hs., es muss aber nothwendig 'Longobardi' gelesen werden, da Lonbarden und Longobarden bei Codagn. verschiedene Völker sind. 5) 'lonbardie' hier wieder Hs. 6) 'longobardi' Hs.

vatim obscura nocte recesserunt. Altera vero die Lonbardi, sumpto potu et cibo, asclerati et armati versus inimicos for-
*f. 45a. tunam *belli temptare cupientes perexerunt. Et cum appropinquarent iuxta castra inimicorum, neminem de castris exire viderunt. Ipsa castra et omnia que in ipsis erant habuerunt, et sic ingenti letitia sunt reversi ad propria.

Quando terra tremuit[1].

Viginti duo currebant et mille ducenti
Tempore, quo quassa terraque mota fuit,
Decembri mense, Domini quoque nativitate,
Hora sextena cepit adesse tremor.
Brisia tota fere iacuit sub mole ruine,
Domus et turres, castra vulsaque iacent.
Ergo laudetur custos, qui cuncta gubernat,
Qui vult quos servat, protegit atque iuvat.

Istoria[2] Theodorici Ticinensis regis et Alboin regis[3].

Cum iam a Domini incarnatione anni quinginti[4] et septuaginta septem essent evoluti, Theodoricus Ticinensis civitatis rex, qui in Liguria eo tempore regnabat, vir nobilis et prudens, magnis ingeniis plenus, cepit calide[5] cogitare, qualiter Alboin civitatis Verone regem et aliarum civitatum et locorum in Panonia[6] existentium dominatorem de Italie[7] finibus penitus posset[8] expelere et terram suam sub eius iugo universam ponere; qui Theodoricus exercitum magnum et infinitum virorum bellicorum quocumque modo valuit congregavit. Et dum hec in Ticinensi civitate agerentur[9], similiter[10] Alboin, non tamquam timidus et pavidus, sed tamquam vir[11] summe audacie[12], indefinitam multitudinem militum et peditum et
*f. 45b. *virorum bellicorum coadunavit. Erat quippe vir piissimus[13], in religione[14] catholicus, in pauperes piissimus, in bellicis armis potentissimus, vigiliis et orationibus in tantum studens, ut plus supplicationibus ad Deum profusis quam armis bellicis in-

1) Die folgenden Verse über das Erdbeben von Weihnachten 1222, welche hier so plötzlich zwischen den Fabelgeschichten erscheinen, hat Huillard-Bréholles S. VI, Waitz in dieser Zeitschrift IV, 31 f. mitgetheilt. In den Ann. Plac. p. 438 hat Codagn. noch andere Verse über dasselbe Erdbeben. 2) Dieses Kapitel hat der Autor des Liber de temporibus Reginus in das 66. Kapitel seines Werkes wörtlich aufgenommen f. 29. 30. Ich gebe seine Varianten mit E. bezeichnet an. 3) 'Alboini regis Veronensis civitatis' E. 4) 'quingenti' E. 5) 'callide' immer E. 6) 'Pannonia' immer E. 7) 'Ytalia' E (immer mit Y). 8) 'posset penitus expellere' E. 9) 'ag. civ.' E. 10) 'Alboin audiens ea que a Theodorico agenbantur (so!) similiter' E. 11) Fehlt E. 12) 'audatie' E. 13) 'et' fügt E hinzu. 14) 'regionē' Hs.

iuriam puniret[1]. Predictus vero Theodoricus quod proposuerat ad finem[2] perducere volens cum exercitu suo ad[3] Verone civitatem equitare festinavit. Similiter hoc[4] ab Alboin intellecto[5] et cognito, ipse cum omni gente sua illi se obviam[6] prebuit. Cum autem Theodoricus in pradensi campanea sua posuisset castra, Alboin in illis partibus similiter tentoria sua finxit[7]. Et dum per quindecim sic stetissent[8] dies, timentes inter se conmisceri pariter et preliari, Ticinenses concives concivibus[9] Verone legatos mittentes, cum eis esse[10] utile in colloquio [convenire[11]] proponentes. Qui cum eis interesse benigne responderunt. Sapientes autem Ticinensis civitatis subdoli et ingeniosi[12] quasi a natura huius modi[13] proposuerunt verba, dicentes cum eis preliari neque fortunam[14] belli temptare nolentes, affirmantes multa hominum[4] corpora in ipso posse deficere prelio: 'Verumtamen rex vester ac noster rex[4] simul sint preliaturi[15]. Si vero rex noster[16] obtinuerit, sit dominus in Italia et terram suam quiete teneat et habeat. Si vero[4] rex vester[17] victoriam habuerit, sit et vocetur[18] dominus in Italia'. Quod ordinamentum firmatum et inter eos statutum utrique placuit parti[19]. Terminum quoque preliandi usque ad quindecim statuerunt dies; et sic quelibet *pars rediit ad castra[20]. Habito *f. 45c. quoque in castris conscilio[21] a viris prudentibus Ticinensis civitatis, affirmantes duellum[22], quod inter reges fieri debebat[23], minime esse facturum absque consensu et voluntate sapientum[24] qui ad Ticinensem remanserant civitatem. Quo peracto, illico quosdam viros nobiles ad Ticinensem miserunt civitatem, sapientibus et senioribus, qui[25] in ipsa remanserant civitate, que gesta erant in expeditione per ordinem apperierunt[26]. Statuentes quidem illud bellum non esse facturum, dicentes, si rex eorum illud prelium[27] esset perditurum[28], quod obprobrium illud ab eis nec ab eorum heredibus aliquo tempore foret[29] separaturum. Verumtamen accepto etiam conscilio[21] quendam subdiaconem[30] basilice sancti Iohannis in burgo ante eorum

1) Diese Stelle von 'Erat quippe' an ist mit Ausnahme weniger Worte aus Pauli Hist. Lang. II, 3 abgeschrieben, der dasselbe von Narses sagt. 2) 'fidem' E. 3) 'versus' E. 4) Fehlt E. 5) 'in intell.' E. 6) 'oviam' E. 7) So auch oben f. 44d, unten f. 54a u. s. w. Hs., anderswo hat freilich auch die Pariser Hs. 'fixit'; 'fixit sua temptoria' E. 8) 'stetisset' E.; 'stet. sic' Hs. 9) 'cū ciuibus' beide Hss.; aber 'Verone cum civ.' E. 10) 'esse — cum eis' fehlt E., der Schreiber sprang von dem ersten 'cum eis' zum folgenden über. 11) Habe ich ergänzt, fehlt in der Hs. 12) 'ingeniosi subdoli' E. 13) 'modo' E. 14) 'fortuna' E. 15) 'similis sint preliari' E. 16) 'vester' E. 17) 'noster' E. 18) 'valeat esse' E 19) Fehlt E. 20) 'ad sua rediit castra' E., was wohl die originale Lesart ist. 21) 'consilio' E. immer. 22) 'bellum' Hs. 23) 'debebatur' E. 24) 'sapientium' E. 25) 'queque' E. 26) 'aperierunt' E. 27) Fehlt Hs. 28) 'perdicturum' E. 29) 'forte' E. 30) 'subdiaconum' E.

fecerunt venire presentiam, qui ita assimilabatur in facie Theodorico, quod aliquis unum ab alio minime cognoscere poterat. Ipsum quoque omnino [1] inducentes et ortantes ex parte Theodorici eorum [2] regis et comunis [3] civitatis eorum, rogantes et ammonentes [4], ut ad expeditionem pergere [5] deberet, bellum quidem, quod Theodoricus rex cum Alboin [6] rege facere debebat, pro eo fortunam ipsius belli temptare deberet, dicendo Alboin [7] in ipso bello [7] non [8] esse processurum. Qui seductus verbis et ingeniis atque adulationibus eorum omnia que vellent et illud bellum [9] esse temptaturum eis promisit. Quem subdiaconem alteratum [10] calide et privatim in castris adduxerunt et
*f. 45d. in ipsis castris secrete prout potuerunt usque *ad terminum belli tenuerunt. Termino vero statuto veniente [11] idem subdiaconus regalibus indumentis et armis bellicis ipsius regis armatus, ita quod ab aliquo expeditionis minime cognoscebatur, in campo existente, regem quoque Verone expectante [12]. Alboin autem egregiis [13] armis decoratus contra ipsum subdiaconem appropinquans [14], credens indubitanter Theodoricum regem fore. Videns autem dictus subdiaconus Alboin [15] ab incepto desistere nolentem [16], sed magis magisque bellum incipere cupientem [17], valde timuit ac perteritus [18] fuit, credebat enim ipsum [2] Alboin [15] ab [19] ipso prelio desistere debere, sicut per viros Ticinensis civitatis intellexerat. Et dum sic timidus et pavidus staret, Alboin [15] rex versus eum cum equo carcaribus [20] acriter tacto violenter [2] currere [21] cepit et subdiaconem lancea librata graviter percussit et vulneravit, ipsum etiam de equo deiecit [22] et super eum impetum faciens per loricam cepit et detinuit. Clamore autem magno ab omnibus sui exercitus facto dictum subdiaconem, quem [23] regem Theodoricum esse credebant, magna cum letitia [24] et nimio triumpho ad castra duxerunt. Ticinensis civitatis concives et omnes qui in eorum castris aderant, scito et ab eis cognito, et viso Theodorico rege eorum, super eo quod [2] acciderat ceperunt deridere [25] et derisum [26] de rege Alboin facere. Cum autem ille subdiaconus [27] sub papilione regis Alboin staret, lorica de eius capite
*f. 46a. extracta, *percipientes signum Domini in capite habere et ad ordinem subdiaconatus accessisse, Alboin rex valde turbatus, furore magno commotus pariterque repletus, dictum subdiaco-

---

1) 'omnimode ind. ort. et ex' E. 2) Fehlt E. 3) 'omnis' Hs. 4) 'amonentes' E. 5) 'expedictionem pergeret deb.' E. 6) 'Alboino' E. 7) 'prelio' E. 8) Fehlt Hs. 9) 'que illud vellent esse t.' E. 10) Das heisst 'verkleidet'. 11) 'venire' E. 12) 'expectantem' Hs. 13) 'eggregiis' E. 14) 'aprop.' E. 15) 'Alboini' E. 16) 'nolens' Hs. 17) 'cupiens' Hs. 18) 'perterritus' E. immer. 19) 'in' E. 20) 'calcaribus' E., aber die Pariser Hs. hat regelmässig 'carcar.' 21) 'curere' E. 22) 'eiecit' E. 23) 'que' E. 24) 'leticia' E. immer 25) 'defendere' E. 26) 'Alboin' hier irrig zugesetzt E. 27) 'sudiaconus' E.

nem de castris statim exire precepit[1]. Tamen coram eo proponens et votum Domino faciens, de obprobrio, quod ei acciderat, vindictam aliter sumere minime posset, nisi[2] Ticinensem civitatem obsideret et eam penitus dirueret[3] et insuper universum populum in ipsa civitate[2] existentem, qui se tradere noluisset[4], gladio extingueret[5]. Quo peracto, timentes inter se preliari, uterque exercitus ad propria rediit[6]. Cumque[7] ad propria redisset[8], die noctuque cepit Alboin cogitare, qualiter de iniuria sibi illata posset vindictam sumere[9]. Collegit itaque universam gentem, que in Panonie finibus habitabant[10], eisque precepit victualia[11] usque ad annos tres secum deferre. Extenduntur enim Panonie fines ab Aquilegia usque Venetias inter Padi fluenta et Theothonicorum fines et usque ad Addue fluvium[12]. Dicitur enim habuisse quadraginta quatuor milia militum et virorum pugnatorum. Misit iterum Alboin legatos suos Longio prefecto, Ravene[13] regi, socero suo, ut in eius subsidio exercitum militum et pugnatorum mittere deberet, ut de obprobrio sibi illato vindictam posset habere. Fertur etiam in eius auxilio mixisse[14] treginta milia virorum armatorum; communicato namque utroque[15] exercitu versus Ticinensem civitatem studiose equitare festinavit; *et cum ad illam per- *f. 46b.
venisset urbem, ab orientali parte sua posuit castra[16], ipsam quoque machinis et insidiis pluribus obsedit, omnia que extra civitatem aderant cepit et in sua posuit virtute. Cumque[17] ipsam civitatem per tres annos et aliquot menses[18] magnis tormentis et variis suppliciis[19] obsideret et exprimeret, ipsius civitatis[20] sapientes se minime posse resistere[2] nec civitatem defendere percipientes, pactum cum Alboin in hunc scilicet modum facere volentes, ut omnibus in ipsa comorantibus[21]

---

1) Die ganze Erzählung von dem Zweikampf zwischen Alboin und dem Subdiacon beruht auf Pauli Hist. Lang. V, 40; vgl. oben S. 257, N. 1. 2) Fehlt E. 3) 'et eam pen. dir.' aus E., fehlt Hs. 4) 'uoluisset' E. 5) 'extinguere' E. 6) 'reddiit' E. 7) 'Cum autem' E. 8) 'reddisset' E. 9) 'summere' Hs. 10) So beide Hss. Wie Codagn. denn oft zu Collectivbegriffen den Plural setzt. 11) 'eisque prec. vict' fehlt E. 12) 'Extenduntur — fluvium' fehlt E. Dies ist zum Theil aus Paul. Hist. Lang. II, 14 ('Venetia . . . sed eius terminus a Pannoniae finibus usque Adduam fluvium protelatur') genommen, welche Worte Codagn. oben f. 23c, S. 325 abgeschrieben hat. 13) 'Ravenne' E. Der Longius ist natürlich dem Präfecten Longinus von Ravenna bei Paulus Hist. Lang. II, 5. 29 nachgebildet. 14) 'mississe triginta' E. 15) Fehlt Hs. 16) Dies aus Paul. Hist. Lang. II, 26: 'Ticinensis . . . civitas . . . obsidionem (Alboini) perferens . . ., Langobardorum exercitu non procul iuxta ea ab occidentali parte residente'. 17) 'autem' setzt zu E. 18) Dies wieder aus Pauli Hist. Lang. II, 27: 'At vero Ticinensis civitas post tres annos et aliquot menses obsidionem perferens, tandem se Alboin et Langobardis obsidentibus tradidit'. 19) 'supplicibus' E. 20) 'civitatem' E. 21) 'commor.' E.

civitate et universe eorum substantie fidutiam[1] dare firmiter deberet[2]. Alboin audiens hoc[3] nullo modo esse facturum nec sub tali conditione[4] civitatem fore habiturum firmiter et plenarie respondit, sed civitatem et ipsius civitatis homines et omnia que in ea sunt sine aliqua conditione[4] in sua vellet habere potestate. Videntes autem viri Ticinenses aliter[5] minime facere posse, absque consensu et voluntate Theodorici regis eorum dictam civitatem et que in ipsa aderant civitate libere et sine aliquo titulo et pacto in virtute et potestate Alboin dederunt. Hoc ita[6] peracto, Theodoricus plurimum indignatus, iratus pariter et[5] turbatus, de Ticinensi civitate cum omnibus regalibus indumentis et cum regni corona et signis omnibus, que ad regni coronam[7] pertinebant, exivit et ad Mediolani urbem accessit. Cumque Alboin per portam[8] que Sancti Iohannis dicitur ab orientali[9] urbis parte vellet in-
*f. 46c. troire, equus[10] *eius in medio ponte concidens, quamvis carcaribus[11] stimulatus et astarum[12] verberibus verberatus, nullo modo potuit relevari[13] nec in ipsa[14] intrare civitate. Tunc unus ipsius civitatis, qui cum Alboin rege aderat[15], taliter locutus est dicens: 'Memento, domne rex, quale votum fecisti! Frange enim tam durum votum, et ingredieris postea urbem; vere[5] namque christianus est populus in hac civitate'. Siquidem Alboin voverat, quod ipsius civitatis populum gladio[5] extingueret; qui postquam tale dirumpens[16] votum civibus ipsius civitatis indulgentiam promisit, statim equus eius consurgens, illico in civitatem est ingressus, nulli lesionem inferens[5] in sua permansit promisione[17]. Tunc eiusdem urbis concives ad eum concurrentes in palatium, quod rex Theodoricus construxerat[18], magno triumpho et ingenti gloria illum duxerunt[19]. Regnavit itaque[5] Alboin in Ticinensi civitate magna cum letitia per annum unum. Post hec Theodoricus, qui in Mediolanensi urbe eo tempore regnabat, qui regnum Ligurie et coronam regni[21] communicato principum ac virorum nobilium conscilio et a Romanorum imperatore confirmato propter nimiam perfidiam, quam Ticinenses viri de eo fece-

1) 'fidantiam' E., und das ist die gewöhnliche Form dieses Wortes, die Codagn. auch Ann. Plac. p. 454, 46 hat, aber auch oben S. 331, f. 27c und unten f. 47d. 51b steht dafür 'fidutiam', weshalb ich meine, Codagn. habe auch diese Form geschrieben, die übrigens bei Ducange-Henschel in dieser Bedeutung vielfach belegt ist. Der Autor von Reggio wird die ihm geläufige Form dafür gesetzt haben. 2) 'debere' E. 3) 'hec' Hs. 4) 'condictione' E. 5) Fehlt E. 6) 'itaque' E. 7) 'corone' E. 8) 'portas' E. 9) 'orientalis' E. 10) 'eq^{9}' Hs. 11) 'calcaribus' E., vgl. oben S. 482, n. 20. 12) 'hast.' E. 13) 'reuellari' Hs. 14) 'ipsam intr. civitatem' E. 15) 'erat' E. 16) 'dirupens' Hs. 17) 'promissione' E. 18) Bis hierher alles, von 'Cumque Alboin per portam' an meist wörtlich aus Paul. Hist. Lang. II, 27. 19) 'dixerunt' E. 20) 'et' setzt E. irrig hinzu.

rant, in ipsa statuerat et firmaverat civitate[1]. Idem vero Theodoricus[2] tam[3] magni sceleris et perfidie infinitum exercitum[4] totius Ligurie gentis[3] collegit et cum[5] ipsis et viris ferocibus et bellicosis urbis Mediolani ad Ticinensem pergere properavit civitatem. Dicitur enim Liguria a legendis, *id est *f. 46d.
a colligendis[6] leguminibus que feras[7] nominatur. Hec ad[8] Gallorum fines extenditur et usque ad Suaviam, Teothonicorum[9] patriam, que versus septentrionalem[10] est posita partem, et inter hanc due consistunt[11] provincie, id est Retia[12] prima et Retia[12] secunda, in qua Curvales[13] dicuntur habitare; in alia habitant homines agresti, et protenditur a predictis finibus inter[14] Padum et patriam Teothonicorum[9] usque ad Addue[15] fluvium. Videns igitur Alboin in Ticinensi civitate fore a suis derelictum, et gens sua fere[16] universa ad propria remeasse, de constantia Ticinensium concivium[17] parum confisus[18], timens, ne ad Theodorici inimici sui manus ac virorum impiorum[19] urbis Mediolani potestate[20] incurreret, nocte obscura cum omnibus suis clam ut potuit ad Verone rediit civitatem. Die autem veniente timor et tremor Ticinenses[21] invasit concives. Et dum sic perteriti permanerent, rex Theodoricus ad illam accedens civitatem, apertis ianuis cum urbis Mediolani civibus in ea viriliter intravit, ipsam quoque ac viros nobiles et potentes et eorum bona omnia cepit et occupavit. Palatium[22] quidem regale, quod idem rex Theodoricus in ea construxerat civitate, et eiusdem civitatis fortitudines destruxit et penitus diruit, viros quoque Ticinensis civitatis magnates et minores pessimos variis suppliciis corporis et census gravissime tormentavit, ipsos etiam urbis Mediolani tributarios fecit, lapides quoque et trabes *mire magnitudinis *f. 47a.
et pulcritudinis Mediolanum deferre[23] fecit. Steterunt autem viri Ticinensis civitatis universi tributarii urbis Mediolani

---

1) So haben den ganz constructionslosen Satz genau übereinstimmend beide Hss., so dass kein Zweifel bleibt, Codagn. habe wörtlich so geschrieben. 2) 'Theod. vero' E. 3) Fehlt E. 4) 'exerc. inf. tocius' E. 5) 'et cum' aus E., fehlt Hs. 6) 'id est a coll.' fehlt E. 7) 'faras' E. Dies von 'Dicitur' an ist aus Paul. Hist. Lang. II, 15 abgeschrieben, wo 'leguminibus, quorum satis ferax est, nominatur'. Ebenso corrupt hat Codagn. diese Worte oben f. 23b.c im Provinzialverzeichnis abgeschrieben. Auch das folgende bis 'Retia secunda' ist noch fast wörtlich aus Paul. Hist. Lang. II, 15 genommen. 8) 'a' E. 9) 'theoton.' 4. 10) 'septentrionem' ('partem' fehlt) E., und so hat auch Paul. Hist. Lang II, 15, doch könnte die Uebereinstimmung durch Zufall herbeigeführt sein. 11) 'consistere consistant' E. 12) 'Recia' E. 13) 'curiales' Hs. 14) 'Alboin' hier ganz irrig hinzugefügt E. 15) 'usque adde' E. 16) 'fore' beide Hss. 17) 'ticinensis conscilii' Hs. 18) 'confixus' E. 19) 'imp. vir.' E. 20) So beide Hss. 21) 'ticinensis' E. 22) 'palacium' E. 23) 'defere' Hs.

regnante Theodorico rege, qui visit[1] per quindecim annos in urbe Mediolani, gerens semper[2] inviolabiliter regnum Ligurie, quod postea dictum est Italie regnum. Cuius corona est ferrea a viris ferocibus dicta, quam basilice sancti[3] Iohannis site in loco Moice legavit[4]; ad cuius memoriam et ad regni Italie coronam suscipiendam Romani imperatores[5] usque in odiernum[6] diem coronam[7] suscipiunt. Honores[8] vero tam in spiritualibus quam in temporalibus viris nobilibus et magnatibus Mediolani dedit et concessit. Tumulus enim sepulture eiusdem Theodorici regis fuit prope ecclesiam beati Ambroxii[9], super quem tumulum constructa fuit ecclesia in honore beati Michaelis archangeli[10].

Regnavit igitur Alboin, postquam a Ticinensi rediit civitate, per annos quatuor et menses tres, postea insidiis Resemonde coniugis sue interremptus est[11]. Eodem autem tempore Auripertus[12] sedem regalem et Italie regnum Mediolanum gerebat[13]. Qui cum Romanorum precepto Romanam accederet urbem, Romanum suo tempore gubernavit imperium. Tunc quidam de Ungarie partibus vir nobilis, amicus Alboin et in armis eius collateralis[14], videns Italiam absque rege et domino esse, ad Elotarium Ungariensem regem proficisci festinavit,
*f. 47b. dicens Italiam fore spaciosam, *omnibus divitiis et bonis plenam[15], civitates eius opulentissimas, loca et castra copiosissima esse, dominum nec gubernatorem habere, inducens et eum exortando, ut ad ipsam subiugandam cum exercitu pergere properaret. Audiens vero et intelligens que sibi proposuerat, corde et animo intento, conscilio principum ac virorum nobilium habito, de quorum fuit conscilio, ut ad Italiam debellandam pariter et subiugandam virum nobilem et prudentem mittere deberet. Elotarius autem rex Narsem cartularium et imperialem canzelarium, virum magne prudentie et audacie, in armis bellicis ferocissimum, concordia principum dominum et rectorem exercitus constituit. Collegerat namque ipse rex exercitum magnum, quem sub potestate et dominio Narsis posuit. Cumque ipse Narsis in introitu Italie, in partibus scilicet Venetiarum, cum suo exercitu accessisset, sua in illis partibus fixit tentoria. Ibique fertur habuisse quinquaginta duo milia militum et virorum armatorum. Steterunt postea

1) 'vixit' E. 2) 'sepe' E. 3) 'sancte' E. 4) 'ligavit' Hs. 5) 'imperatoris' E. 6) 'hod ' E 7) 'coronas' E. 8) 'Quo res' E. 9) 'Ambrosii' E. Der historische Theoderich wurde bekanntlich in Ravenna begraben. 10) 'arch. Mich.' E Mit diesen Worten endet da die aus Codagn. abgeschriebene Partie. 11) Dies aus Paul. Hist. Lang. II, 28. 12) Zwei Langobardenkönige des Namens Aripert giebt es bekanntlich. 13) Wohl 'Mediolani regebat' zu emendieren. 14) 'colletalis' Hs. 15) Dies mit Anlehnung an Paul. Hist. Lang. II, 5, wo Narses den Langobarden dasselbe melden lässt.

Lonbardi non habentes regem, sed sub ducibus fuerunt. Unusquisque dux suam habebat civitatem [1]. Tiabarus Ticenum, Perideus Mediolanum, Galarus Pergamum, Alachis Brixiam, Vilicondus Cremonam, Fenerarius Placentiam, Elunichius Mantuam, Pictavius Paduam, Varonus Veronam, Taurentius Tarvisium, Ferinus Vicentiam. Alie omnes civitates, que sunt a Mediolano usque ad Gallorum fines, erant sub dominio et potestate *Mediolani. Ille vero civitates, que sunt in Emelia [2] *f. 47c. a Placentia versus Ravenam, erant tributarie regis Ravene. Alie posite inter Padi fluenta et maris littora detinebantur sub iugo urbis Mediolani. Idem autem Narsis Tarvisium accedens civitatem, illam et ipsius civitatis homines ac eorum bona cepit et occupavit. Videns [3] deinde Vicentiam et Paduam, ipsam sub eius iugo posuit. Pergens igitur Cremonam et deinde Placentiam, illas una die subiugavit preter quatuor munitiones, que in ipsa existebant civitate, turrem scilicet episcopalem, sancti Sixti basilicam, turrem que est iuxta portam Oldricam, palatium communitatis, quod [4] prope ecclesiam sancti Victoris situm est [5]. Movens autem castra inter Padum et montes equitando, iuxta Ticinum fuit castramentatus. Perexit itaque Narsis cum exercitu suo usque ad flumen Tannari. Cumque illud flumen propter aquarum inundationem transire minime posset, cum omni gente sua transpadavit et in terram quoque Ticinensis civitatis intravit. Audientes quidem viri feroces et bellicosi urbis Mediolani de Narsis adventu, gentem eorum universam usque Suaviam et montium fines collegerunt, ipsum Narsem ad civitatem expectare volentes. Audito a Narse que a urbis Mediolani civibus agebantur, plurimum indignatus, turbatus, ira valde commotus, firmiter proponens et votum Domino faciens ipsam civitatem penitus diruere, homines quoque habitantes in ea gladio perire. *Intelligentes viri Ticinensis civi- *f. 47d. tatis gavisi sunt gaudio magno de iniuriis a Mediolani civibus eis illatis vindictam sumere, illico ad Narsis presentiam accesserunt, promittentes et fedus cum eo facientes, forum et omnia que vellet esse daturos et ad Mediolani civitatem cum universa gente et fortia eorum esse profecturos, dantes ei plenam fiduciam; quam ipsis dederat, plenarie observavit. Die vero

1) Dies ist aus Pauli Hist. Langob. II, 32 entnommen. Tiabarus ist verdorben aus Zaban, wofür schon eine Hs. Tiaban hat, Galarus aus Wallari. Den Namen Perideo führen mehrere Personen bei Paulus, so der Mörder Alboins, ferner ein Herzog von Vicenza und ein anderer Herzog (VI, 54), daher macht ihn Joh. zum Herzog von Mailand. Die übrigen Namen von Vilicondus an hat er natürlich frei erfunden, dagegen die Herzoge von Trient und Friaul, welche Paulus noch nennt, hat er weggelassen, wohl weil ihn diese Orte nicht interessierten. 2) 'melia' Hs. 3) Scheint verdorben (aus Veniens?). 4) Fehlt Hs. 5) Hier documentiert sich der Autor durch Lokalkenntnis als Placentiner.

statuto idem Narsis cum exercitu suo et cum omni gente Ticinensis civitatis cum victualibus et rebus eis necessariis versus Mediolani civitatem accedere minime dubitavit. Viri quoque urbis Mediolani, non tamquam timidi et pavidi, sed ut homines summe audatie et magne virtutis illis se obviam prebuerunt. Ipse autem in quodam campo inter Mediolanum et Ticinum posito sua posuit castra. Mediolanenses vero parvo terrarum spacio suas ordinaverunt albergarias. Qui campus usque in presentem diem Campus mortuorum dicitur propter mortuorum multitudinem, qui in ipso prelio interrempti fuerunt. Et dum uterque sic staret exercitus, tertia die veniente signis bellicis summo diluculo[1] ab utraque parte motis et tubis per partes sonantibus prelium incipitur. Certatur enim ab ambabus partibus acriter et bellicose ab utrisque pugnabatur. Cum autem sic gravissime pugnarent, cum iam nox appropinquare videretur, percipientes Narsis et viri Ticinensis civitatis suos
*f. 48a. in prelio deficere et resistere minime posse, ipse Narsis *cum sua actie in crebra inimicorum actie fortiter incurrit. Perideus vero dux Mediolani similiter cum gente sua se contra eos obviam prebuit et cum eis durissime pugnavit, ipsos etiam et Narsem et gentem suam et Ticinenses concives terga vertentes usque in castra fugavit. In quo prelio undecim milia armatorum ex Ungariis et Ticinensibus civibus sunt cessa, et tria milia sunt capti; et ex civibus Mediolani duo milia quinquaginta quinque sunt interrempti et septuaginta capti. Alia autem die adveniente summo diluculo percipientes Narsem et gentem suam et Ticinenses concives ad Ticinensem civitatem remeare proposuissent[2], insultum in eos summa vi facientes prelium cum eis commiserunt et cum eis fortiter et inimicabiliter pugnaverunt. Tandem videntes se viris bellicosis civitatis Mediolani resistere minime posse, terga vertentes eos expulerunt; quos Mediolanenses usque Ticinensem civitatem insecuti fuerunt, reliquos per campos, paludes, nemora amplius duodecim milibus[3] fugaverunt. In quo bello interrempti sunt ex Ungariis et civibus Ticinensibus tredecim milia et capti quinque milia quadraginta sex. Quo aperto Perideus cum omni gente sua magna cum letitia et nimio triumpho est reversus ad propria. Narsis autem omnibus suis collectis quos potuit, turbatus et valde perteritus, magno dolore commotus,
*f. 48b. dolens, flens et gemens ad patriam suam redire *festinavit. Cum autem ante Elotarii regis sui presentiam existeret, que in Italia acciderant per ordinem apperuit. Dictus vero Elotarius predicta intelligens, de morte suorum et infortunia, que

1) 'dilicio' Hs. 2) So Hs. 3) Fehlt Hs. Vgl. unten f. 49a: 'amplius decem milibus fugaverunt'; f. 50d: 'amplius tribus milibus eos secuti fuerunt'; oben f. 44b. u. s. w.

in eis evenerat, plurimum turbatus et magno dolore commotus, cepit condolere pariter et tristari; habito quoque principum et virorum nobilium conscilio, ipse sua propria persona cum exercitu indefinito totius sui regni ad Italiam debellandam et subiugandam accedere proposuit. Misit autem legatos suos viros nobiles et sapientes Euricario, qui Teothonicam obtinebat provintiam, et Aurelio duci Saxorum atque Bruviserdo Suavorum[1] duci, fidelibus suis, ut cum omni gente eorum militum et virorum pugnatorum ad suam deberent accedere presentiam, parati armis bellicis et victualibus et omnibus necessariis per annos quinque in eius subsidio ad Italiam superandam proficisci deberent. Qui volentes Elotarii regis iussa adimplere cum omni eorum gente et victualibus et aliis rebus et omnibus necessariis ad ipsius curiam festinanter accesserunt. Dicitur enim in expeditione Elotarii regis illos habuisse et duxisse quadraginta milia militum et virorum bellicorum. Rex autem Elotarius fertur habuisse ex gente sua treginta sex milia militum [et[2]] armatorum virorum; collecto igitur exercitu ad Italie partes pergere festinavit. Descendens autem cum exercitu ad Vicentie partes et Veronorum, ipsas cepit; homines ipsarum civitatum *et eorum bona omnino in sua posuit virtute. Deinde *f. 48c.
accedentes Tarvisium et Pictavium[3] et Montem-Silicis occupavit. Postea Mantuam et Cremonam appropinquans, eas cepit; pergens etiam Brixiam et Pergamum, illas suppeditavit, omnes predictas civitates sibi fecit tributarias. In unaquaque[4] vero civitatum predictarum virum nobilem et prudentem constituit potestatem, qui eas ad Ungarie regis honorem conservaret. Audientes vero Mediolanenses de Elotarii Ungarie regis adventu, et qualiter[5] Panonie civitates et loca et castra occupaverat et subiugaverat, gentem eorum universam congregaverunt. In campo quidem Martio castramentati fuerunt, sperantes et firmiter credentes fortunam belli cum Elotario rege Ungarie temptare posse; sed audito et cognito in expeditione ipsius Elotarii esse innumerabiles et ferrocissimas nationes virorum bellicorum, Teothonicorum, Saxorum, Biemorum[6], Brienzonum, Scaviorum et multorum aliorum, ad civitatem redierunt; ipsam quoque machinis et omnibus insidiis quibus potuerunt integrabiliter munierunt. Et dum hec in Mediolanensi civitate agerentur, Elotarius rex ad ipsam appropinquavit civitatem et sua posuit tentoria; quam manganis[7], predariis

1) 'Saxorum' auch hier Hs., aber Galv. Flamma, Manip. florum c. 65, Muratori, SS. XI, 583, 'Brunisterdus dux Sueviae', wo diese Capitel in c. 51. 63. 65—67. stark benutzt sind. 2) Fehlt Hs.; vgl. oben f. 46a: 'militum et virorum pugnatorum'; f. 50c: 'militum et peditum armatorum'; f. 51c: 'militum et armatorum pugnatorum' etc. 3) Das soll Padua sein, vgl. oben S. 487. 4) 'unaqueque' Hs. 5) 'adv. equaliter' Hs. 6) 'bienniū' Hs.; vgl. oben S. 477 u. 264. 7) 'magnis' Hs.; vgl. Ann. Plac. p. 445, 5: 'cum manganis et predariis et aliis machinis fortiter expugnaverunt', und ganz ähnlich sehr oft.

et aliis machinis et insidiis viriliter expugnavit et taliter ipsam obsedit, quod aliquis vix non poterat intrare nec exire civitatem. Intrinseci vero magna fortia ipsam defendebant civita-
*f. 48d. tem, et quandoque *ab una parte urbis exeuntes cum inimicis sepe et sepius preliantes, ipsos usque in castris fugabant et partem eorum interficiebant et pariter mortuos et vulneratos in campo relinquebant. Dum enim[1] Elotarius rex per tres menses ipsam expugnaret urbem, quodam die Martis decimo quinto mensis Iunii ipsam civitatem cum omni gente sua et fortia viriliter et fortiter expugnare proposuit. Cumque Elotarius rex armis bellicis ornatus cum omni suo exercitu ad civitatem accederet et gentem suam precederet, equitando per quandam viam cupiens ire ad civitatis portam, quidam rusticus, qui de civitate exierat, stans super quoddam fossatum dictum Elotarium regem cum secure in capite percussit et ipsum interfecit. Quo viso a militibus, qui secum ibi aderant, descendentes de equis, super equum eum mittentes et tenentes in castra duxerunt, volentes ipsum privatum habere et tenere; et cum civitatem expugnarent, ipsam minime capere potuerunt. Videntes quod inceperant et facere cupiebant ad finem perducere non posse, ad castra redierunt. Et dum sic starent, fama de morte Elotarii regis per castra volavit; unde timor et tremor eos repente invasit cogitantes, ad propria qualiter possent redire. Moram facientes viri sapientes expeditionis, percipientes suos clam et privatim die nocteque de castris recedere, valde timuerunt cogitantes, qualiter ab obsidione possent discedere. Timebant enim maxime in recessione
*f. 49a. *eorum inimicos; unde, quid facere deberent, penitus ignorabant. Tandem inimici super turres cognoverunt partem inimicorum de castris fugisse, habito sapientum conscilio, quadam die summo diluculo armati et asclerati extra civitatem exierunt, bellum cum eis comisceri et temptare volentes, insultum super eos violenter facientes; inimici quoque hoc videntes perteriti vix arma ceperunt; prelium inter eos gravissimum incipitur, ab utrisque acriter et bellicose pugnatur. Verum quia gens extrinseca dominum nec rectorem habebant, et etiam unus alium intelligere minime poterat, deficientes in prelio et [videntes[2]] inimicis resistere non posse, relictis castris et omnibus que in castris aderant fugam petierunt. Quos Mediolanenses insecuti magnam partem eorum gladio interfecerunt, semivivos et vulneratos innumerabiles in campis relinquerunt. Alios quidem per nemora et campos et paludes amplius decem milibus fugaverunt. In eo prelio ex Ungariis interrempti sunt undecim milia et capti quinque milia trecenti quadraginta duo,

1) 'hec' Hs. 2) Fehlt Hs. Aus zahlreichen Stellen erhellt aber, dass so oder 'percipientes' zu ergänzen ist. Vgl. oben S. 274. 298 f.

quos magna cum letitia et nimio triumpho Mediolanenses duxerunt et in carceribus recluxerunt. Illi vero qui a manibus Mediolanensium evasi fuere Pergamum et Cremonam et Brixiam et alias civitates, quas superaverant, se coadunaverunt. Et dum hec agerentur, quidam dux de Ungarie partibus nomine Florisius, vir nobilis et potens, cum magno exercitu in auxilio regis Elotarii venire properabat. Qui cum *audisset que *f. 49b.
gesta erant[1], valde timuit et plurimum fuit turbatus. Tandem tamquam vir providus et magne audatie cum suo exercitu Mantuam et Cremonam[2] accessit. Congregavit ibi universam gentem, que per illas partes dispersa erat; quo facto ad Placentiam civitatem sepe accedens, et que extra ipsam civitatem aderant depopulati fuerunt, et sic multociens facientes, ipsam ceperunt et eam in sua posuerunt potestate. Postea quoque ad Grisopolim[3] civitatem appropinquantes, ipsam firmiter ceperunt et habuerunt. Deinde pergentes Regium et Mutinam, eas superaverunt. Et dum hec agerentur, Mediolanenses viri nobiles, prudentes et feroces Perideum ducem eorum, virum sapientem et in armis bellicis potentissimum, regem Italie constituerunt et fecerunt. Qui audiens que in Panonie partibus a Florisio duce et domino eorum agebantur, volens regnum Lonbardorum universum defendere et ab eorum manibus deliberare. Collecto igitur principum et virorum urbis Mediolani conscilio, quorum fuit voluntas, ut gentem suam universam colligere deberet et ad Panonie partes cum exercitu pergere festinaret, ipsum Florisium et gentem suam de Italie partibus expelleret, gentem etiam Panonie sub eius potestate poneret. Quibus peractis et exercitu magno collecto idem Perideus rex cum urbis Mediolani civibus et cum omni eorum gente versus Panoniam equitavit. Intelligens Florisius de Mediolanensium adventu, timens eos, relictis in Cremona et Pergamo et *Brixia *f. 49c.
et Mantua potestatibus, cum omni gente sua ad partes scilicet Tarvisii et Vicentie accessit. Dictus vero Perideus Panoniam appropinquans, Cremonam et Mantuam una die superavit, postea accedens Pergamum et Brixiam, duobus diebus ipsas cepit. Descendens inde ad Verone ac Pictavi partes, tribus diebus illas occupavit. Et cum ad Tarvisii et Vicentie partes equitare festinaret, dictus Florisius nolens eos expectare de Italie finibus cum gente sua exire properavit. Panoniam autem omnino subiugavit, ipsam et civitates, quas in Emelia[4] superaverat, a manibus Ungariorum penitus deliberavit; nullam lesionem postea ab eis[5] habuerunt. Quo peracto Perideus cum omni gente sua cum magna gloria et nimio triumpho Mediolanum rediit.

1) 'erat' Hs. 2) 'cremonē' Hs. 3) D. i. Parma; vgl. oben S. 330.
4) 'melias' Hs. 5) 'postea' noch einmal hinzugesetzt in der Hs.

Istoria inter Romanos et Mediolanenses.

Cum iam clarum Mediolani civitatis nomen per Romanum foret divulgatum imperium, potentia et superbia elati atque inanis glorie cupidi, volentes Panoniam, Emeliam, Unbriam[1], Tusciam et Aureliam subiugare et illas urbi Mediolani tributarias facere, gentem eorum universam coadunare proposuerunt. Audito a Romano imperatore, que in Italia a Mediolanensibus gerebantur, timentes Romani, ne ipsi Mediolanenses perfidi et crudeles ad eorum appropinquassent partes, et volentes nequitie eorum et perfidie resistere, exercitum magnum militum et
*f. 49d. pugnatorum congregaverunt, *in Italiam quoque ad urbem Mediolani suppeditandam pariter et subiugandam proficisci proponentes. Perideus vero Mediolanensis rex hoc intelligens, habito etiam a viris prudentibus et sapientibus conscilio, valde timuerunt et perteriti fuerunt, tamen de eorum fuit conscilio, ut bellicis armis se preparare deberent et gentem suam universam congregarent et ab amicis quoque eorum auxilium postularent et Elinchi Francorum regi, amico eorum, legatos mitterent[2], ut in eorum auxilio cum militibus accedere deberet. Quibus ita peractis idem Elinchis[3] septingentos milites egregiis armis preparatos in eorum direxit[4] subsidium. Et dum hec agerentur, Romanus imperator Lucium Cornelium et Fluvium Flacum[5], viros nobiles et potentes, exercitus Romanorum dominatores constituit. In quorum expeditione dicitur fuisse legionem unam militum et LXX milia armatorum pugnatorum. Transeuntes quidem per Tusciam, Unbriam[6] et Aureliam, Panoniam et Emeliam[7], viros nobiles et potentes secum duxerunt. Cum autem ad Mediolanum accessissent et Adde fluvium transirent, prope illud flumen fuerunt castramentati, similiter et ipsi Mediolanenses iuxta illum fluvium suas miserunt albergarias. Hoc ita peracto, hinc isti, atque Romani illinc existentes per trium dierum spacium ibi manserunt. Predictus namque Mediolanensium exercitus, cuius audatia virtute non
*f. 50a. discrepat, instructissimis ordinibus Romanorum exercitum *accerimo agrediuntur impetu atque tribus lateribus, ab uno civitatis Mediolani milites cum extrinsecis militibus, ab alio vero ipsius civitatis pedites cum extrinsecis hominibus, altero quidem Siguisbertus, quem Elinchis Francorum rex dominum et rectorem militum eius constituerat, cum militibus Gallorum, qui in eorum venerant adiutorio, perexerunt. Videntes vero Romani inimicos ab incepto desistere nolle, ipsis cum suis ordinatis actiis se obviam prebuerunt. Deinde vexillis et signis bellicis ab utraque parte commotis et tubis per partes sonantibus

1) 'meliam imbriam' Hs. 2) 'mittẽt' ('mitteret') Hs. 3) So unten immer, hier 'elinchius' Hs. 4) 'duxit' Hs. 5) So unten, hier 'francum' Hs. 6) 'imbriam' Hs. 7) 'meliam' Hs.

prelium ab utrisque incipitur et gravissime pugnatur. Fugati sunt namque Francorum milites usque castra, populares autem catervatim versus inimicos iter aripuere et cum inimicis prelium conmiserunt. Credentes itaque Romani inimicos omnes ad bellum venisse, universi insultum super popularibus et Francorum militibus, qui ad prelium redierant, [facientes[1]], terga vertentes usque in tentoriis fugaverunt. Audientes Mediolani milites, qui in quodam nemore private existebant, illico signis belli commotis et tubis sonantibus velociter et acriter magno clamore contra inimicos concurrerunt et fortiter et acriter et bellicose pugnaverunt. Duravit enim prelium per tres dies et noctes, tertia vero die pari pugna discesserunt. In quo prelio interrempti sunt ex Romanis duo milia trecenti viginti quinque et capti septigenti quadraginta duo. Ex Mediolanensibus *tria milia treginta tres sunt cessa et capti mille ducenti. *f. 50b. Altera die summo mane Romani usque in Mediolani castris concurrerunt violenter. Qui captis armis viriliter cum eis pugnaverunt; et dum preliarentur per totam illam diem, sero appropinquante usque in castris fugati sunt. In ipso autem prelio interremptus fuit Perideus rex Mediolanensis, et Fluvius Flacus Romanorum rector similiter in eodem obiit prelio. Nocte vero adveniente percipientes viri sapientes urbis Mediolani resistere minime posse, relictis omnibus tentoriis, obscura nocte clam et privatim, prout potuerunt, Mediolanum redierunt. Altera die summo diluculo armati et asclerati[2] versus Mediolanensium castra equitaverunt et usque in castris concurrerunt. Videntes inimicos de castris recessisse, omnia tentoria et que in ipsis aderant tulerunt et inter eos communiter diviserunt. Deinde ad civitatem accedentes circa urbem sunt castramentati, ipsam etiam manganis et pluribus machinis et insidiis expugnaverunt. Quadam vero die, cum eam undique expugnarent et maxime illam opprimerent, concives Mediolanenses ab una parte exeuntes prelium magnum cum inimicis fecerunt, illos etiam de campo in tentoriis expulerunt, innumerabiles eorum vulneratos et semivivos in campo relinquerunt. Cum autem in civitatem intrarent, audientes Romanos ab altera civitatis parte super terragia et muros ascendisse, et quam plures illorum intus civitatem *intrasse, illuc velociter concurrerunt et *f. 50c. cum eis acriter et fortiter pugnaverunt et ipsos de terragiis et muris turpiter proiecerunt[3] et multos gladio, lapidibus, sudibus acutis morti tradiderunt. Cumque ad castra redissent[2], plurimum fuerunt turbati, ira etiam et dolore commoti, intrinseci vero plurimum elati et gaudio magno sunt gavisi.

Et dum hec geruntur, Elinchis Francorum rex audiens que Mediolanensibus amicis suis acciderant, cum quibus erat

1) Fehlt Hs. 2) Scil. Romani. 3) 'proicerunt' Hs.

federatus, cepit et condolere et tristari; proposuerant quippe et fedus fecerant universam Italiam subiugare et Romanam urbem invadere. Collecta itaque multitudine innumerabilium militum et virorum bellicorum et ingenti turba Gallorum, qui Romano semper rebelles extiterant imperio, in auxilio Mediolanensium amicorum eius accedere festinavit. Intelligens enim Lucius Cornelius de Francorum regis adventu, pertimuit valde et illico legatos suos ad Romanum misit imperatorem, ut quam citius[1] posset cum innumerabili gente militum et pugnatorum virorum in Italia venire properaret. Romanus vero imperator congregato exercitu magno militum et peditum armatorum in adiutorium Romanorum, qui in obsidione Mediolani aderant, eos velociter direxit, illos etiam sub dominio et potestate Gagii Bebii, viri nobilissimi, constituit. Interea Elinchis Francorum rex magno labore cum omni gente sua Gallorum fines conatus
*f. 50d. *est transire; et cum in Italie finibus pervenisset, sua posuit castra. Ibidem omni gente sua coadunata, moventes castra, versus inimicos celeriter appropinquare curavit. Romani vero audientes plurimum timuerunt, et omnibus tentoriis et rebus eorum collectis, armati et asclerati ab obsidione secesserunt. Mediolanenses vero extra civitatem exeuntes cum eis preliando amplius tribus milibus eos secuti fuerunt, postea leti et gavisi ad civitatem redierunt. Romani Padum transeuntes apud Placentiam sua posuerunt castra, exercitum Romanorum, qui in eorum veniebat auxilio, expectantes. Elinchis Francorum rex cum omni gente sua Mediolanum accedens magna cum letitia honorifice est receptus et magno triumpho in civitatem ductus. Dum autem uterque exercitus per unum sic stetisset mensem, Gaius Bebius Romanorum dux cum suo exercitu Romanorum castra adiuvandi causa intravit atque in eadem campanea iuxta Placentiam cum eis consedit. Romani siquidem quod inceperant ad exitum perducere cupientes, cum omni exercitu transpadaverunt et iuxta Padi fluvium fuerunt albergati. Altera die castra moventes, in Laudensi campanea fuerunt castramentati. Mediolanenses vero cum Francorum et Gallorum militibus et omni gente eorum exierunt civitatem et in Melegniani[2] partibus sua fixerunt tentoria. Romani vero cum inimicis timentes preliari et fortunam belli cum eis temptare, nuntios quidem
*f. 51a. suos per Italie provintiam *et Tusciam et ad Romanorum partes direxerunt, ipsis precipientes, ut omni mora et dilatione remota in eorum deberent venire succursum. Viri autem nobiles et potentes Italie, Tuscie, Aurelie, Unbrie[3], Mediolanensium per-

1) 'ut cui^{9}' Hs. 2) Bei Melegnano fand 1158 zwischen Friedrich I. und den Mailändern ein Gefecht statt, das in den Ann. Mediol. p. 365 und auch in den Ann. Plac. p. 412 von Joh. Codagnellus erwähnt ist. 3) 'imbrie' Hs.

fidiam timentes, et cum forent eis tributarii, in Romanorum venerunt succursum. Collecta igitur universa gente eorum versus inimicos pergere conati sunt; et cum ad Lambri flumen pervenissent, illum transire volentes, Mediolanenses cum omni forcia eorum et cum Francorum et gente Gallorum ex altera parte ipsius fluminis existentes ipsos transire prohibuerunt[1]; et sic prelium incipitur; et dum ita preliarentur, videntes Romani transitum habere non posse, cavum quendam facientes, aquam ipsius fluminis per ipsum cavum decurrere fecerunt. Quo facto ipsum flumen nimia vi acriter cum inimicis pugnando transierunt. Gravissime et fortiter pugnatur ab utrisque; prelium ita magnum et iniquum a memoria hominum in Italia minime potest recordari; illos omnes homines, qui ad Romanorum manus deveniebant, statim gladio iugulabantur. Romani vero, qui in Mediolanensium virtute veniebant, gravissima et iniqua nece obprimebantur; preliati sunt namque fortissime per septem dies; tandem videntes Mediolanenses se in prelio deficere et tela hostium minime ferre posse, paulatim . . . . . [2] cum inimicis die et nocte pugnantes. Cum autem ad civitatem appropinquassent, propter viarum strictarum et fossatorum et vinearum munitionem *eos minime secuti fuerunt[3]. Ipsi autem *f. 51b. Mediolanenses civitatem intrantes, eam undique modis omnibus quibus potuerunt munierunt. Hoc peracto Romani ad civitatem appropinquantes ipsam undique obsederunt. Percipientes viri prudentes et sapientes eiusdem civitatis victualibus carere et inimicis resistere nec civitatem defendere posse, fedus cum ipsis facere temptaverunt, in hunc scilicet modum: Volentes enim civitatem et eiusdem urbis homines et eorum res in virtute et potestate Romanorum prestare, ita tamen quod ipsius hominibus et eorum rebus fiduciam preberent et civitatem illesam omnino conservarent, nec tributarii aliquo in tempore Romani efficerentur imperii. Audientes hec Gagius Bebius et Lucius Cornelius Romanorum duces predicta esse facturos dixerunt, iniungentes eis, ut auxilium militum et peditum per Italie provintiam ad Romanorum vindictam essent prestaturi. Mediolanenses a Romanis petierunt, ut ab unoquoque triennio Romanus imperator ad civitatem Mediolani accederet, sedem quoque imperii per septem menses ponentes, negotia imperii et totius Italie in eadem urbe gerentes; quod fedus utrique placuit parti, et sic inter eos est firmatum pariter et statutum. Quo ita ordinato et statuto Romani cum Mediolanensibus per Italie

1) Den Uebergang über den Lambro wollten die Mailänder im Jahre 1212 den Cremonesen wehren, als diese den jungen Friedrich einholten, wie Joh. Codagn., Ann. Plac. p. 426, erzählt. 2) Hier muss, obwohl in der Hs. keine Lücke ist, ein Satz fehlen, in welchem gesagt war, dass die Mailänder sich zurückzogen, etwa 'retro ad civitatem eorum iter eorum direxerunt'. 3) Scil. Romani.

civitates et loca pergentes ipsas sub Romanorum iugo posuerunt et eas tributarias Romano fecerunt imperio. Quibus per-
*f. 51c. actis *Romanorum exercitus et Mediolanensis turba ad propria redierunt. Elinchis cum omni gente sua, de nece suorum dolens et gemens, plurimum mestus et turbatus ad patriam accedere festinavit.

Istoria Papirii Carli nepotis.

Igitur, ut supradictum est, superata Italia a Romanis, non[1] ab re esse arbitror, sed etiam que in Ticinensi gesta sunt civitate breviter attingamus. Anni[2] vero sexcenti et quatuor[3] a Christi nativitate quidam vir nobilis[4], magnanimus, in armis bellicis potentissimus, de Francorum gente oriundus, nomine Papirius, Carli Francorum regis nepos, qui ad Saracenorum gentem et Christi inimicos subiugandum[5] pergere properabat cum exercitu magno. Cuius loco et vice idem[6] Papirius regni Francorum et universa Gallorum gentis dominium obtinebat[7]. Qui innumerabilem multitudinem Gallorum ab occidentali[8] parte usque ad Gallorum fines et a[9] patria Saxorum usque ad maris littora congregavit; proposuerat namque[6] Romanum imperium invadere, Romanam quoque civitatem sub eius potestate ponere. Cumque ad Gallorum fines pervenisset, ipsos magno labore conatus est transire. Fertur in introitu Italie habuisse[10] centum viginti milia militum et armatorum pugnatorum. Transeuntes autem montium fines prope ipsos montes fuerunt castramentati[11]. Ad cuius[12] curiam Ticinensis urbis[6] nobiles viri et potentes illico proficisci[13] festinaverunt. Cre-
*f. 51d. dentes *indubitanter homines[14], civitatem eorum et[6] iura integre posse recuperare, promittentes[15] eidem Papirio civitatem Ticinensem[16] ad suam voluntatem ei[17] esse daturi[18] et cum eo ad totius[19] Italie civitates subiugandas[20] fore ituri[21], prebentes et in Ticinensi civitate obtinentes regem et coronam regni et ipsius urbis iura consueta. Qui Papirius omnia esse facturum et attendere plenarie promisit et convenit. Quo facto concives Ticinenses[22] ipsum Papirium ad ipsam festinanter duxerunt civitatem. Viri autem eiusdem urbis magna cum letitia et ingenti triumpho ipsum receperunt. Permanentes vero

---

1) 'nū' Hs. 2) Das folgende ist wieder in den Liber de temp. Reg. aufgenommen. Es ist im Codex Estensis auf den unteren Blatträndern f. 32. 31′ zu Cap. 70 nachgetragen. 3) 'Anno domini DCIIII' E. 4) 'nobilissimus' E. 5) 'subiugandam' Hs. 6) Fehlt E. 7) 'optin.' E. 8) 'orientali' E. 9) 'ad' E. 10) 'fortunam. intu[it]u ('it' nicht sicher lesbar) Ytalias habuisset CXX' E. 11) 'castrametati' E. 12) Zweimal E. 13) 'proficisi' E. 14) 'indubie . . . (nicht lesbar) honores et civ.' E. 15) 'promitentes' E. 16) 'immensam' E. 17) Fehlt Hs. 18) 'daturus' E. 19) 'minus' E. 20) 'subiugantes' E. 21) 'iturus' E. 22) 'ticinensis' E.

in ipsa[1] urbe, eum inducentes[2] cum omni gente sua in terram Mediolani[3] sepe et sepius duxerunt, et que extra ipsius civitatis[4] murum invenerunt depopulati fuerunt, eundem Papirium exortantes[5], ut Mediolani[6] civitatem obsidere et opprimere deberet, dicentes ei, ut, si eam sub eius iugo non poneret[7], quod Italiam nullo modo esset subiugaturus. Papirius autem quod inceperat[8] ad finem perducere volens, habito quoque[9] conscilio, ad Romanam civitatem iter suum direxit[10]. Audierat namque[11], quod Romani innumerabiles provintias transmarinas[12], Ciciliam[13] et Corsicam, Sardeniam[14] et usque[15] ad Constantinopoli[16] partes invaderant[17]. Dictus autem Papirius cum omni gente sua per Italiam transiens[18] totius Italie civitates occupavit et eas sibi tributarias fecit preter Mediolanum, Veronam et Placentiam, que ei viriliter *restiterunt. Iterum[19] *f. 52a. per Aureliam[20], Unbriam[21] et Tusciam pergens[22] earum civitates omnes subiugavit. Cumque ad Romanorum partes pervenisset, videntes Romani ipsi Papirio[23] contradicere nequaquam[24] posse, apertis ianuis ipsum et gentem suam sine aliqua molestia in ea permiserunt[25] intrare civitate[26], credentes nullam lesionem eis esse facturus. Intrantes[27] autem in ipsa urbe menia et palacia[28], turres et fortitudines omnes que in ea aderant civitate[4] ceperunt et occupaverunt preter Capitolium, in quo trecenti quinquaginta viri nobiles et urbis Rome magnates cum omnibus suis fugerunt[29]; quod Capitolium cibariis[30] et aliis rebus necessariis munierunt. Qui cum eodem Papirio innumerabiliter pugnaverunt; quod multociens expugnavit, nec illud[31] aliquo modo superare potuit. Et dum hec agerentur in Romana[32] civitate, G.[33] Cesar Romanorum imperator, qui transmarinas eo tempore subiugaverat partes[34], cum suo navigio et omni gente sua Brindusium venerat[35]; similiter Malius[36] Torquatus, qui Romaniam[37] et Sardeniam[38], Corsicam et Scici-

---

1) 'civitate' irrig hinzugefügt E. 2) 'inducentem' Hs.; 'inducente' E. 3) 'Mediolanum terram' E. 4) 'civitatem' E. 5) 'exorantes' E. 6) 'Mediolanum' E. 7) 'ponet(ur)' E. 8) 'cupiebat' E. 9) Fehlt Hs. 10) 'dir. civ. iter suum' E. 11) 'Audientes itaque' E. 12) 'transm. provincias' E. 13) 'eccłam' Hs. 14) 'sardenam' Hs.; vgl. oben S. 337; 'et Sardiniam' E. 15) Fehlt E. 16) 'Constantinopolim' E. 17) 'invaderunt' E. 18) 'transēs' Hs.; 'transeuntes tocius' E. 19) 'Iterim' E. 20) 'Aurenam' E. 21) 'imbriam' beide Hss. 22) 'pergentes' E. 23) 'ipsi Pap.' fehlt E. 24) 'nequà' E. 25) 'mol. immiserunt' E, wo vom folgenden Wort nur 'in' deutlich lesbar ist. 26) 'civitatem' E. 27) 'Papirius' E. 28) 'pallacia' E. 29) 'fugierunt' E. 30) 'et bariis' E., wie ich gelesen habe, es ist aber hier in der Hs. vieles sehr undeutlich und schwer zu lesen. 31) 'exp. ne c̄ aliud' E. 32) 'hoc in Rom. ageretur civ.' E. 33) 'cuius' E. 34) 'provincias' E. 35) 'cum suo — venerat' aus E., fehlt Hs. 36) 'Mallinus' E. hier. 37) 'romanā' beide Hss. 38) 'sardenam Hs.; 'saxoniam et' E.

liam[1] sub Romanorum iugo posuerat, in Campania[2], in Capue planicie propter hyemis[3] asperitatem cum suo exercitu hyemaverat[4]. Qui cum intelligeret que[5] in urbe Roma[6] gesta erant, plurimum turbatus ad civitatem festinanter pergere properavit[7] et per Campaneam[8] ad urbem accedere curavit. Similiter Gaius Cesar Romanorum imperator intelligens que in civitate Rome contingerant[9], per marinas partes Romam appropinquare
*f. 52b. *velociter[10] proposuit. Dum autem[11] ad civitatem appropinquare videretur, Papirius vasis argenteis et aureis[12], vestibus pretiosis[13], auro quidem et argento, pecunia[14] innumerabili urbem Rome[15] expoliavit. Erarium[16] quoque, in quo[17] rei publice thesaurus existebat, aperuit, omnia ea[18] que in ipso aderant erario tulit et inter eius milites divisit[19]. Exivit autem Papirius de civitate Romana[20] cum omni gente sua quodam die Martis, VIII. Kal. Aprilis. Audito namque a Gaio[21] Cesare Romanorum imperatore et[18] Malio[22] Torquato de Papirii recessione, qui ad illas appropinquaverant[23] partes, velociter equitare proposuerunt. Pervenit autem Papirius[24] cum exercitu magno apud fluvium Aliam[25], qui per undecim distat miliaria ab urbe Rome[26]. Ibidem Gaius Cesar et Malius[27] Torquatus cum omni gente[28] et fortia eorum ei supervenerunt. Pugnavit enim Malius[29] Torquatus cum Gallorum gente, et[18] fortiter et inique sunt[30] preliati, ab utraque parte innumerabiles interrempti[31] et vulnerati sunt; tandem Romani victi sunt et usque in castris fugati. Altera die summo diluculo Gaius Cesar cum eis prelium conmisit et cum eis duriter pugnavit et inique, et ea die pari pugna cesserunt[32]. Tertia die Gaius Cesar et Malius[33] Torquatus cum omni gente sua et cum omni gente[34], que in Rome civitate remanserat, prelium magnum et iniquum cum Papirio et gente sua commiserunt[35], gravissime pugnatur

---

1) Nicht deutlich lesbar E. 2) 'in Camp.' aus E., fehlt Hs.; 'campanie' E. 3) 'yemem' E. 4) 'yem.' E. 5) 'quod' E. 6) 'romana' E. 7) 'festinavit' Hs. 8) 'campaniam' E. 9) 'contingerunt marrinas' E., wie es scheint. 10) 'vel. aprop.' (so auch gleich danach) E. 11) 'etiam' E. 12) 'aureis et arg.' E. 13) 'preciosis' E. 14) 'peccunia' E. 15) Fehlt Hs. 16) 'Errarium' E., und so später 'errario'. 17) 'qua' E. 18) Fehlt E. 19) 'mil. eius diviserat' E. Vielleicht hat zu diesem Zuge der Erzählung Anlass gegeben was Codagn. bei Landolf (Auct. II, 287) oder Oros. VI, 15 lesen konnte, wie Cäsar bei Eröffnung des Bürgerkrieges Geld dem Aerar entnahm. 20) 'Rom. civ.' E. 21) 'gagio' Hs. 22) 'Milio' E. hier. 23) 'apropinquaverat' E. 24) 'citius' E. 25) Fehlt Hs. — 'quod' Hs. 26) So schrieb Codagn., weil er in des Paulus Hist. Rom. gelesen hatte: 'Romanos undecimo miliario a Roma apud flumen Alliam secuti', welche Stelle er oben in den Excerpten aus Paulus ausgeschrieben hatte. 27) 'Cesar Milius' E. 28) 'sua' fügt hinzu E. 29) 'Pugnantes Milius' E. 30) 'inter' (?) E. 31) 'interierunt' E. 32) 'cessarunt' E. 33) 'Milius' E. 34) 'et cum o. g.' aus E., fehlt Hs. 35) 'commiserant' E.

ab utrisque[1]. Duravit *itaque prelium per tres dies et noctes. *f. 52c. Videns vero Papirius suos in prelio deficere et Romanis resistere non posse, volens illud prelium dividere, in quodam monte cum omni gente sua[2] se colligit[3]. Romani eos persecuti fuerunt et res[4] eorum, quas in castris habebant, eis[5] expoliaverunt, aurum et argentum et vestes preciosas et peccuniam, que de Roma tullerant civitate, occupaverunt[6]. Septem milia de gente Gallorum sunt interrempti[7] et mille sunt capti, de Romanis quoque tria milia sunt interrempti[8]. Galli quidem ad castra redientes Romanos, qui pro tentoriis[9] tollendis[10] venerant, de ipsis castris turpiter expulerunt[11] et tentoria[9] recuperaverunt. Dum autem per sex dies sic stetissent[12], Papirius cum omni gente sua retro iter agrediens[13] ad patriam suam redire curavit[14]. Verum quia Romani labore[15] magno ex itinere erant[16] fatigati et cibariis carebant, eos persequi non potuerunt, sed ad propria redierunt. Veniens Papirius per Tusciam intravit in Italiam, deinde intravit[17] in Emeliam; cum etiam venisset ad Placentie[18] partes, ipsum transpadare[19] non permiserunt. Qui cum[20] non posset habere transitum per Placentinam campaneam[21], transiens ad partes scilicet Ticini pervenit[22] et ibi cum gente sua transpadavit. Cum igitur ad Ticinensem civitatem appropinquasset, a civitatis ipsius[23] viris ingenti letitia[24] honorifice est receptus et in civitate ductus[25], permanendo[26] in ipsa civitate, sub eius dominio Ticinensem civitatem constituerunt; a quo Papirio civitas illa nuncupata est Papia usque in presentem diem[27].

Gesta Carli Francorum regis.

*Cum hec [agerentur[28]], Carli Francorum regis legati ad *f. 52d. Papiam civitatem accedentes ipsi Papirio ex parte ipsius regis preceperunt, ut sine dilatione collecta omni gente sua velociter in auxilium christianorum accedere festinaret. Statuerat enim ad Yspaniam subiugandam intrare et ipsam a manibus Saracenorum et sancte crucis inimicorum penitus deliberare. Quibus auditis et intellectis, omnibus dimissis et postpositis ad patriam suam redire concupivit. Desiderium, virum sapientem et potentem, de genere Francorum oriundum, urbis Papie regem fecit et constituit; postea vero cum universa genta sua ad

---

1) 'utroque' E. 2) 'sua gente' E. 3) 'collegit' E. 4) 'iter' E. 5) 'eos' E. 6) 'aurum — occup.' aus E., fehlt Hs. 7) 'cesa' E. 8) 'interrenti' E. 9) 'temptor.' E. 10) 'illorum' E. 11) 'expullerunt' E. 12) 'starent' E. 13) 'aggr.' E. 14) 'iuravit reddire' E. 15) 'ex lab.' E. 16) Fehlt E. 17) 'Ytal. deintravit in. Cum etiam' E. 18) 'plēs' (plures) E. 19) 'ipse transpadiare non posse perm.' E. 20) 'vero' E. 21) 'per plas campaneas' E. 22) 'pervenerunt' E. 23) 'ab ipsa civ.' E. 24) 'ductus et' setzt hier E. zu. 25) 'et in civ. ductus' fehlt E. 26) 'pmādo' Hs. 27) Bis hier der Zusatz in E. 28) **Fehlt Hs.**

patriam suam pergere curavit. Cumque ad patriam suam redisset cum omni gente sua, ad Carli Francorum regis expeditionem celeriter equitare ordinavit. Et cum in ipsius regis castris pervenisset, ingenti letitia ab omnibus est receptus. Qui rex secus[1] montium fines provincie Gallorum et[2] Yspanie sua posuerat castra. Qui habito conscilio principum et virorum nobilium de universa gente sua tres fecit exercitus. In primo namque exercitu constituit viginti milia armatorum et cum pugnatoribus viris nobilibus et magne audacie, in armis bellicis potentissimis, qui virtute et prudentia omnes alios precellebant; qui exercitus cum ipsis pugnatoribus per viam rectam, per montium[3] asscensum in summitate montium ascenderent et fortitudines montium omnes occuparent. Cuius exercitus
*f. 53a. archiepiscopum *Trepinum dominum et rectorem ordinavit. In alio vero exercitu constituit quadraginta milia virorum bellicorum, qui per vallem Tortoream in cacumine montium montarent. Cuius exercitus dominum et gubernatorem dictum Papirium disposuit. In tertio quidem exercitu constituit similiter quadraginta milia virorum armatorum, quos ipse rex sub eius dominio tenuit; qui per viam rectam montarent, ut velociter in succursum christianorum accedere possent. Dictus autem archiepiscopus summitates montium cum suo exercitu occupavit. Erat enim in illo exercitu vir quidam nobilis, in regis curia potentissimus, nomine Gainus[4], proditor perfidus et iniquus, qui propter nequitiam et invidiam cepit cogitare, qualiter christianorum gentem in Saracenorum manibus posset plenarie prestare. Scilenti autem nocte quendam nuntium fidelem Marsilio Saracenorum regi direxit, ut ad loquendum cum eo loco secreto venire deberet. Qui cum ad ipsum locum ambo accederent, idem Gainus suasit regem[5], ut cum omni gente sua versus christianorum exercitum appropinquare deberet, affirmando et iurando exercitum regis Carli in Ustinavalia esse et usque ad quatuor dies succursum minime prestare posse. Rex vero Marsilius loca, castra et civitates, quas in regno suo vellet, ei esse daturum promisit. Quo ita facto et ordinato quilibet ad castra rediit. Altera autem die summo
*f. 53b. mane prospicientes *christiani viderunt innumerabilem multitudinem Saracenorum versus eos per vallem Tenebrosam venire. Qui summitatibus montium et fortitudinibus relictis in Roncivallia se coadunaverunt, que dicitur vallis Ronchorum, quia runchi[6] nuper erant facti. Videntes vero christiani Saracenos venientes et magis atque magis appropinquantes, dictus archi-

1) 'secutus' Hs. 2) Fehlt Hs. 3) 'nū||tios' Hs. 4) Er erinnert schon durch seinen Namen an den Verräther Ganelun der Sage. 5) Vgl. oben S. 276, N. 2. 6) Wohl Dorngesträuch. Vgl. Ducange-Henschel s. v. runcus.

episcopus et viri nobiles christianorum rogantes dictum Gainum et omnimode instantes, ut ad regis expeditionem pergere deberet, ut in eorum adiutorio cum omni gente sua velociter accedere curaret. Qui Gainus cum libenter propter proditionem, quam facere proposuerat, proficisci vellet, preces et mandata eorum facere et observare proposuit. Pergens igitur ad regis expeditionem, de his omnibus que acciderant narrare debebat, cum ipso rege minime fuit locutus. Et dum hec agerentur, indefinita et innumerabilis Saracenorum multitudo undique circuivit exercitum christianorum. Fertur etiam Marsilium Saracenorum regem in illa expeditione CC milia virorum armatorum habuisse. Interea signis belli ab utraque parte commotis prelium magnum et iniquum incipitur, et ab utrisque inique et durissime pugnatur. Tandem viri nobiles et prudentes et pugnatores fortissimi et bellicosi insultum super Saracenis facientes, ipsos Saracenos usque in media turba fugabant, partim illorum gladio interficiebant, partim semivivos et innumerabiles vulneratos *in campo relinquebant, et sic sepe et *f. 53c.
sepius christiani facientes magnam multitudinem Saracenorum interfecerunt. Ipsi vero Saraceni se coadunantes christianos usque in Ronchivalia expullebant, christiani autem super ipsis Saracenis gladiis et astarum verberibus instantes ipsos interficiebant et vulneratos usque in castris fugabant. Verum quia christiani magno labore plurimum erant fatigati et ab inimicis undique circumdati, vix tela hostium sufferre poterant. Tandem ab utrisque durissime et iniquissime certatur et ab eis ab omni parte pugnatur. Cognoscentes itaque christiani multitudini Saracenorum minime posse resistere et sperantes firmiter et credentes succursum sive[1] auxilium a christianorum rege habere posse, turbati et ira et dolore ac mestitia commoti, unanimiter omnes impetum in crebra turba fecerunt; omnes quidem christiani in ipso prelio fere fuerunt interrempti. Dicitur enim de Saracenis in eodem bello XL milia interremptos esse. Audiens Carlus rex et Papirius et viri prudentes bellum, quod in summitate montium evenerat, velocissime pergere festinavit. Cumque summitatem montium ascenderent, videns Carlus rex viros nobiles et potentes et pugnatores viros nobiles et in armis bellicis potentissimos, quorum conscilio et adiutorio sancte crucis inimicos superare sperabat et indubitanter credebat, in ipso prelio fere omnes interremptos esse. *Intelligens idem *f. 53d.
Carlus ab illis qui de prelio evaserant Gainum in mandatis habuisse, ut ad expeditionem christianorum proficisci festinaret et eis dicere deberet, ut in eorum succursu velocissime accedere deberent[2], ne a Saracenis contra eos venientibus gravissime opprimerentur. Cognoscens itaque Carlus Gainum proditionem

1) 'fere' Hs. 2) 'debẽt' (deberet) Hs.

fecisse, eundem Gainum ante suam fecit venire presentiam, quem iuramento dicendi veritatem cogit. Qui ut in regis curia erat potentissimus et vir magne audatie et superbie, nil timens, proditionem et ea que superius leguntur fecisse et nequitiam et perfidiam suam in christianorum ruinam adhuc exercere cupiens coram omnibus aperuit et narravit. Cumque Carlus rex de eodem Gaino vindictam de tam pessimo et crudeli facto sumere[1] proposuisset, idem Gainus iram regis timens ad regis Saracenorum expeditionem iter suum direxit. Audiens hec Carlus rex, ira et dolore commotus, dolens et gemens de his que acciderant, cepit graviter condolere pariter et de suorum nece flere amarissime. Prospicientes christiani gentem Saracenorum, que in quantum poterat proficisci properabat, habito quidem a Carlo conscilio principum et virorum nobilium, ipsos persequi velociter proposuit. Dum itaque eos persequeretur, levavit Carlus manus ad celum dicens: 'Domine Iesu Christe, qui in cruce pro nobis pendisti et nos de sancto tuo sanguine redemisti, passionem quidem et mortem pro nobis
*f. 54a. peccatoribus recepisti, qui es creator *et gubernator omnium rerum, ultor[2] omnium malorum, cui nil est secretum, nil absconsum, corda hominum cognoscens[3], qui es verus et iustus iudex, extende nobis per tuam sanctam gratiam et misericordiam hanc diem, et noctem presentem per tuam sanctissimam virtutem in diem[4] converti debeas, ut ipsos Saracenos perfidos et crudeles in nostra possimus habere virtute, ut ad rectam et veram fidem divina potentia et nostra virtute valeant pervenire'. Qua oratione facta, accedit[5] divina maiestate, quod dominus noster Iesus Christus diem extendit, noctem vero in christianorum exercitu in diem convertit. Quod miraculum ab omnibus christianis [visum[6] est], laudes et gratias domino nostro Iesu Christo referentes. Die appropinquante ex inproviso et excogitato prope Saracenorum castra sua finxerunt tentoria. Videntes Saraceni christianorum exercitum, quem etiam in Ronchivalia adhuc esse minime credebant, plurimum turbati nimioque pavore perteriti, terga vertentes per montes et colles, valles et nemora et silvas fugam ceperunt; quos christiani insequentes, magnam multitudinem Saracenorum[7] interfecerunt, innumerabiles de eis ceperunt et habuerunt, alios etiam per montes et nemora et silvas fugaverunt. Marsilius autem rex eorum cum parte illorum in Pampilunam civitatem intravit et ibidem cum omnibus se exclusit. Carlus vero christianorum rex, collectis Saracenis qui capti erant, ad illam civitatem ex-

1) 'submittere' Hs. 2) 'cultor' Hs.; vgl. oben S. 263. 3) 'cognoscitis' Hs.; vgl. oben S. 293. 4) 'fidem' Hs. 5) 'accedere' für 'accidere' steht öfter oben S. 339, f. 31b. 6) Habe ich ergänzt. Vielleicht ist noch mehr in der Hs. ausgefallen. 7) 'christianorum' Hs.

pugnandam et obsidendam velocissime pergere proposuit. Cum autem ad ipsam pervenisset *civitatem, christiani eam undique *f. 54b. obsederunt. Erat quippe civitas illa situ et non arte fortissima et inexpugnabilis. Circumdabatur enim a quodam cavo profundissimo, cuius ripe erant altissime; cuius cavi latitudo erat par iacture[1] unius archi; in quo omnes aque, que a montibus fluebant, a superiori parte in ipso decurrebant cavo, ab inferiori vero parte aqua non poterat decurrere. Erant enim ibi porte, que cum claudebantur, aque nullo modo poterant exire, quarum claves detinebantur in custodia a Frunduxia regis Pampilune filia. Cumque per septem menses in eadem obsidione permanerent, cognoscentes nullam Saracenis posse facere lesionem, ab ipsius civitatis obsidione recedere proposuerunt. Interea dicta Frunduxia regis Pampilune filia, quam quidam venerabilis sacerdos, qui de exercitu archiepiscopi Trepini et eius precepto in ea intraverat civitate, predicaverat et admonuerat[2], ut ad rectam et veram fidem Dei vivi pervenire deberet, baptismum quoque in nomine domini nostri Iesu Christi acciperet, tacta divino spiritu et admonitione ipsius sacerdotis baptismum suscepit et ad fidem rectam et veram domini nostri Iesu Christi pervenit. Quo facto ipsa Frunduxia claves portarum ipsi presbytero dedit. Erant enim ipse porte aquarum inundatione coperte[3], ita quod nullo modo poterant videri. Cui sacerdoti locum portarum et modum aperiendi indicavit. Quibus ita factis dictus sacerdos cum quibusdam hominibus, qui propter paupertatem in ea civitate stare *nec habitare poterant, exivit illico, ad regis curiam pervenit *f. 54c. et claves portarum eidem dedit atque locum[4] earum et modum aperiendi indicavit, et qualiter Frunduxia baptismum susceperat[5] et ad fidem veram pervenerat, ipsi regi aperuit et narravit. Quo facto dictus rex cum viris sapientibus ad portarum locum exivit, ipsas quoque cum magno labore fregit et dilaceravit, ita quod aqua penitus decurebat. Percipiens Marsilius Saracenorum rex et ipsius civitatis viri de aquarum cessatione valde timuerunt, cogitantes et diligenter inquirentes de portarum apertura; credebat ipsius civitatis rex Frunduxiam ipsius civitatis regis filiam claves in cofino suo habere, qui [eam[5]] ante eius presentiam venire fecit; que patri suo dixit, quod christiana erat et ad fidem domini Dei vivi pervenerat et claves regi christianorum dederat. Quibus indictis et apertis, videntes se in ea civitate evadere minime posse, capite amputato christiane Frunduxie et corpore in quodam fossato proiecto, de eadem civitate privatim nocte obscura exierunt. Altera vero die

1) 'erat pa ura' Hs. 2) 'admoniu at' Hs. 3) So z. B. auch unten f. 57c 'coperire' statt 'cooperire'. 4) 'modum e. et locum ap.' Hs., was nach der fast gleichlautenden Stelle kurz vorher corrigiert ist. 5) Fehlt Hs.

christiani in eam intraverunt civitatem et ea omnia que in ipsa aderant ceperunt et habuerunt. Corpus quidem predicte Frunduxie ante regis presentiam detulerunt, illico etiam aromatibus condiderunt et in sepulchro novissime facto posuerunt; super quod monasterium ad honorem domini nostri Iesu Christi et beatissime Frunduxie constituerunt et fieri fecerunt; in quo corpus eius usque in presentem diem celebratur et veneratur.
*f. 54d. *Ad cuius tumulum innumerabiles ceci, muti et surdi, infirmitates et langores varios pacientes concurrerunt, qui auditum, visum et loquelam virtute domini nostri Iesu Christi, a quo cuncta procedunt, et sine quo nil fieri potest, et intercessione et precibus beatissime martiris recuperaverunt et a langoribus et infirmitatibus deliberabantur. His ita gestis omnes Saracenos, quos Carlus rex ceperat et in carceribus detinebat, ad fidem domini nostri Iesu Christi fecit pervenire, et baptismum sanctum susceperunt; ipsos quidem, qui[1] ad veram fidem Dei vivi accedere recusabant, extra christianorum terram ire concedebat, nullum aliud detrimentum eis faciebat, ... [2] tamen promittentes et firmiter eis proponentes, si Saraceni signo regis signati de cetero in aliquo fuerunt reprehensi[3] prelio, quod capitali punirentur pena. Exivit autem Carlus rex de Pampilune civitate cum omni gente sua decimo die exeunte mense Septembri, viris nobilibus et prudentibus pro custodibus relictis. Qui per Yspanie provintiam equitantes loca et castra, civitates et munitiones multas ceperunt et innumerabilem multitudinem Saracenorum ad fidem Patris et Filii et Spiritus sancti et individue trinitatis venire fecerunt. Monasteria etiam et ecclesias in illis locis et civitatibus constituerunt et fieri fecerunt, episcopos, presbyteros et diacones, qui in illis ecclesiis divina celebrarent[4] offitia, posuerunt. Cum ad partes scilicet Nazarii[5] pervenissent, ingens turba Sara-
*f. 55a. cenorum undique circumdavit exercitum christianorum, *transitum quoque eis prohibere volentes. Ipsi vero Saraceni cum christianis die ac nocte preliantes valde christianos impedierunt et multos morti tradiderunt. Tandem christiani cum ipsis acriter pugnantes divina favente misericordia et domini nostri Iesu Christi auxilio ipsos Saracenos in fugam miserunt, magnam partem de ipsis interfecerunt, semivivos et in campo vulneratos relinquerunt. Et post hec transitum facientes et ad locum Nazarii pervenientes ipsum[6] viriliter expugnaverunt et magna vi illum ceperunt et habuerunt; quod castrum diligenter custodire fecerunt, ut iter ad expeditionem pergentibus foret securum.

---

1) Fehlt Hs. 2) Hier muss etwa folgendes ausgefallen sein: 'nisi quod signo regis eos signari faciebat', in der Hs. ist aber keine Lücke. 3) D. i. gleich 'iterum comprehensi' (capti). 4) 'celebrant' Hs.; vgl. unten S. 505. 5) Codagn. dachte dabei wohl an Nagera. 6) 'ip̄i' Hs.

Deinde castra moventes, per Yspanie provintiam pergentes, loca et castra et fortitudines expugnaverunt et ceperunt, Saracenos omnes, qui in ipsis inveniebantur, ad fidem domini nostri Iesu Christi venire faciebant. Stetit autem Carlus rex cum exercitu suo in Yspanie provintiam per decem annos; quam provintiam eo tempore penitus subiugavit, fere omnes ipsius provintie viros ad fidem veram filii genitricis Marie accedere fecit. Eos omnes, qui ad ipsam fidem venire recusabant, extra christianorum terras exire conpellebant, signo eiusdem regis in fronte eorum facto, monasteria et ecclesias in ipsa provincia fieri fecit, episcopos, presbyteros et clericos, qui in ipsis divinum celebrarent offitium, ordinavit. Subiugata enim tota Yspania viri nobiles et prudentes per loca et castra constituit, qui ipsam provintiam ad honorem et fidem domini *nostri Iesu *f. 55b. Christi manutenerent. Quo facto ad patriam suam redire proposuit. In undecimo vero anno ad eius patriam remeavit, regnum quoque Francorum ingenti gloria obtinuit.

So ist also Codagnellus mit seinen Fabeleien bis auf Karl den Grossen gelangt, und er führt nun in den folgenden, grösstentheils schon bekannten, freilich ganz zusammenhangslosen Stücken die Geschichte bis auf seine Zeit hinab[1]. Es folgt zunächst:

F. 55b. Istoria qualiter translatum est imperium Romanum in Francia apud Teothonicos.

Anni septingenti quinquageximo — — f. 56a. in Alamania. Ediert SS. Lang. p. 592—596 (Col. 2) nach dem Druck von Anschütz, der leider sehr unvollkommen war, wie denn die hier mitgetheilten Worte schon drei Fehler des Druckes verbessern[2]. Dieser Langobardenfabel liegt die kurze Erzählung

1) Da er Karl den Grossen und seinen Neffen Papirius in das 7. Jahrhundert versetzt, lässt er nun ein Stück folgen, dem er das Jahr 750 voransetzt, obgleich darin von der Auswanderung der Langobarden aus Scatinovia und Gambara gehandelt wird, und seine Quelle eine Zeitangabe nicht hatte. 2) Ausser zahlreichen orthographischen Fehlern des Druckes sind namentlich folgende zu verbessern: S. 592, Z. 43 lies 'Scatinoviam'; S. 593, Z. 6 l. 'discensio' st. 'discessio'; Z. 15. 16 l. 'sompno patri suo' st. 'sompnio suo'; S. 595, Z. 12. 13 hat die Hs. 'cambara'; Z. 30 l. 'quedam' st. 'quasdam'; Z. 32 l. 'Linprandus'; S. 596, Z. 5 l. 'suprascripto'; Z. 16 l. 'disessio'; Z. 18 l. 'illa quem'; Z. 23 hat die Hs. 'meridiotali'; Z. 24 st. 'istius' hat die Hs. 'iſti'. Das ist ein vom Schreiber der Pariser Hs. und überhaupt von italienischen Urkundenschreibern des 13. Jahrhunderts sehr oft gebrauchtes Compendium für 'suprascripti' (das i an erster Stelle ist durch Verkürzung des ersten ſ entstanden, ursprünglich schrieb man ſſti mit Compendiumstrich durch oder über ſſ), das freilich nicht nur Anschütz, sondern auch Pertz und andere stets in 'isti' 'istius'

Ariprands zu Grunde, welche an der citierten Stelle der SS. Lang. in erster Columne gedruckt ist. Diese hat Codagnellus zum guten Theil wörtlich übernommen, alles aber, was von Ariprands Erzählung abweicht, darunter ein aus Paul. Hist. Lang. II, 3 entlehnter Satz, die, wie wir sahen, Codagnellus viel benutzte, stimmt zum Theil wörtlich mit dem kurzen Codagnellischen Stück über die Langobarden, welches oben S. 315 f. mitgetheilt ist, überein und zeigt auf das deutlichste das Gepräge Codagnellischer Stilistik, so dass auch für dieses Stück die Autorschaft des Codagnellus über allen Zweifel feststeht. Auch von diesem Stück ist eine grosse Partie im Liber de temp. Reg. c. 66 (Cod. Est. f. 27) wörtlich abgeschrieben.

F. 56ª. Istoria Longobardorum.

Gens Giramilorum — — f. 57ª. et emunt. Es ist der kurze Auszug aus Paulus' Langobardengeschichte, der SS. Lang. p. 196 f. ediert ist, wo freilich auch noch Fehler zu verbessern sind [1]. Wie es Johannes Codagnellus mit allen seinen Werken ergangen ist, so ist auch diese 'Istoria' noch nicht sicher als seine Arbeit erkannt. Waitz a. a. O. S. 194 meinte nur, sie sei 'fortasse ab ipso Iohanne Caputagni (Codagnelli) confecta'. Es ist aber nichts sicherer, als dass er selbst sie gemacht hat. Erstens mal, was ist natürlicher, als dass er, der schon des Paulus Historia Romana für seine Compilation excerpiert hatte (oben S. 323 f.), der aus der von ihm viel benutzten Historia Langobardorum des Paulus bereits das Verzeichnis der Provinzen Italiens aufgenommen hatte (oben S. 325), nun auch die historische Erzählung derselben für sein Werk excerpierte? Zweitens aber, wodurch die Sache erledigt ist, in diesem Excerpt ist mehrfach die Erzählung des Paulus durch Zusätze abgeändert, welche den Zweck verfolgen, diese Excerpte mit den oben abgedruckten Fabelgeschichten des Codagnellus in Uebereinstimmung zu bringen. Es heisst da 'regnavit Alboin in Verona', weil oben f. 45ª ff. (S. 480) Alboin zum König von Verona gemacht ist. Alboin erobert die Stadt Ticinum 'Teoderico in ipsa civitate regnante', übereinstimmend mit eben jener Erzählung von den Kämpfen zwischen Theoderich und Alboin. Ferner hat in dem Excerpt

u. s. w. verdorben haben. Die Lesarten, welche in den Noten als die der Edition verzeichnet sind, stehen sämmtlich so in der Hs. S. 593, Z. 13. 14; 594, Z. 2; 596, Z. 6 ist 'patrocinatum' resp. 'patrocinatus', wie Anschütz druckte, richtig und in den Text aufzunehmen, denn so schreibt Codagn. nicht nur an diesen drei Stellen für 'patriciatus', sondern auch oben f. 5ᵇ, S. 315. 1) S. 196, Z. 10 lies 'et a capillis'; Z. 28 l. 'campanea'; Z. 44 streiche 'eius' hinter 'regno' und Note a; S. 197, Z. 1 hat die Hs. 'arothatus'; Note b 'hii a. quibus'; Note f 'perthanth'; Note k die Hs. hat 'roboad'; Note l 'þthurth'; Note n 'cōpeth'. Ausserdem hat die Hs. noch mehrere Fehler, die in den Noten nicht angegeben sind.

Alboin geschworen, die Einwohner von Ticinum sämmtlich zu tödten 'propter obprobrium quod ei in pradensi fecerant campanea', das ist, weil die Ticinenser ihn hatten mit dem Subdiacon statt mit dem König Theoderich kämpfen lassen, wie oben erzählt ist, wo es auch heisst f. 45b: 'Cum autem Theodoricus in pradensi campanea sua posuisset castra, Alboin in illis partibus similiter tentoria sua finxit', und da findet dann der Zweikampf statt. Man sieht also, dass die Istoria nur in den Fabeleien des Codagnellus ihre Erklärung findet und nichts ist als ein Stück seiner eigensten Arbeit[1].

Danach folgt f. 57a mit grosser ausgemalter Initiale P, wie sie sonst nur f. 1a. 9a. 9c vorkommt: 'Post ascensionem salvatoris nostri Iesu Christi in celum anno tertio (!) placuit omnipotenti Deo' etc. Fabelhafte Geschichte von der Bekehrung Constantins und der Verlegung seiner Residenz nach Byzanz. Die Schlusspartie lautet:

F. 57b. Sicut enim civitas Constantinopolis appellatur secunda Roma, ita de voluntate Rome senatus secundum appellatur imperium. In medio autem eiusdem magnifice urbis quatuor columpnas *statuit, in quarum columpne superexposito[2] *f. 57c. ex ereis tabulis, aureis et argenteis, gemis ornatis, eas coperire iussit. In qua hedificatione reponi fecit intrinsecus signum vivifice crucis. Atque ex orientali parte dominatoris nostri Iesu Christi ymaginem mirabiliter pingere fecit, auro quidem et argento, gemis etiam preciocissimis ornavit et decoravit, sublimavitque eam ad intuendam ab hominibus fidelibus domini nostri Iesu Christi. Hic est sacratissimus locus insignis et nominatissimus et sanctus ex tunc et hodie factus est. In quo mirabilia et signa et prodigia multa et sanitates plurime et gloriosissime fiunt, pro quibus ab hominibus venerabiliter hodie honoratur.

Danach folgen unmittelbar folgende Verse, welche juristische und medicinische Regeln enthalten[3]:

Istud iuretur, quod lis sibi iuxta[4] videtur.
Et si queritur verum, uter[5] inficietur[6].
Nil[7] promittetur, nec falsa probatio detur.

---

1) Also stammt auch das Geschichtchen von dem 'pes Liprandi', welches den Schluss der Istoria bildet, von Joh. Codagn. Der Verfasser des Liber de temporibus Reginus, der es auch hat (Dove, Doppelchronik von Reggio p. 29; SS. Lang. p. 197, N. 3) hat es einfach von ihm wie vieles andere übernommen. Auch in dem zweiten Theil der Estensischen Hs. von Reggio, dem Chron. imperatorum (d. i. dem Extract aus Salimbene) ist die Istoria stark benutzt. 2) 'superexpositio' Hs. Das scheint die Ueberdachung der vier Säulen zu bedeuten. Sonst ist vielleicht nichts verdorben, sondern von Codagn. so unconstruierbar geschrieben. 3) Diese Verse hat Huillard-Bréholles a. a. O. S. XII nicht ganz correct abgedruckt. 4) D. i. 'iusta'. 5) 'uteri' Hs. 6) scil. quaeratur. 7) 'Vil' Hs.

Ut lis tardetur, dilatio nulla petetur.
Sola fugat tuscim que prasis herba vocatur.
Et nulla campanea reddit precordia sana.
Isopus est herba que fugat de pectore flema.

Es folgt mit kleinerer Initiale f. 57c. Milleximo nonagesimo de mense Februarii — — f. 58b. et destrictum Placentie. Die fabelhafte Erzählung von inneren Streitigkeiten in Piacenza, welche Pertz SS. XVIII, 411 f. den Ann. Placent. Guelfi eingefügt hat.

F. 58b. Libellus iste nuncupatur (nur mit kleinerer Initiale beginnend, diese Ueberschrift schwarz, nicht roth geschrieben) — — f. 70c. creaverat deposuit. Der Libellus tristitiae et doloris Mediolanensis SS. XVIII, 359—378.

Danach sofort ohne farbige Initiale, nur mit Rubrik davor (wie sie in diesem Stück vor jedem Jahr steht) f. 70c. Mill'o duodecimo. octavo Kal. Madii — — f. 105c. ad expensas populi. Die Annales Placentini Guelfi SS. XVIII, 411—457.

F. 105d. Gesta Federici imperatoris. levavit imperator (so mit schwarzer, nicht rother Tinte und nur kleiner farbiger Capitelinitiale beginnend) — — f. 107c. condiderunt aromatibus. SS. XVIII, 378—381.

F. 107c. Gesta obsidionis Damiate.

Ad notitiam — — f. 115c in secula Amen. Ist das oben S. 287 ff. besprochene Stück.

F. 115c. Incipiunt summe legum Longobardorum.

Hic liber lex — — f. 116b. penis coercendis. Das Stück ist SS. Lang. p. 597 f. nach Anschütz' Druck ediert, dieser wimmelt aber von Lesefehlern schlimmster Art[1]. Wie die ersten Worte besagen, ist das Stück aus einer Handschrift der Lex Langobardorum entnommen, der es gleichsam als Prolog vorangesetzt war. Es zeigt keine Spur von Codagnellischer Stilistik und keinen Zusammenhang mit seinen Fabeleien, ob-

1) S. 597, Z. 43 lies 'tantum' (tm̄' die Hs.) statt 'tum'; Z. 43 l. 'premittere non'; S. 598, Z. 1 l. 'sufficienter' ('sufficienť' Hs.; Z. 9 ist nach der Hs. allerdings richtig gelesen 'pauci tamen' ('tū' Hs.), es ist aber selbstverständlich 'pauci tantum' zu bessern; Z. 10 hat die Hs. 'exercitū', nicht 'exercitu', es ist aber 'exercitus' zu lesen; Z. 13 l. 'quasi a longis'; Z. 15 l. 'multitudinem' und 'Sed quoniam Gambara cum suo exercitu propter' st. 'Sed cum (qm̄ Hs.) Gambara pr.'; Z. 26 hat die Hs. 'qui' (q̨) st. 'quae', es ist aber hier wie überall 'que' zu lesen, die Hs. hat natürlich nie ę oder ae; Z. 28 l. 'qui post hos' st. 'q. preter h.' ('p^{o}t' Hs.); Z. 34 l. 'enim et tres'; Z. 35 l. 'ab illis legibus' st. 'ab illis vel', in der Hs. steht für 'legibus' nur l. (nicht etwa ŧ), aber in derselben Z. 35 steht auch für 'lege' nur .l.; Z. 44 l. 'quia loquitur'. Einige in den Noten nicht angegebene Fehler der Hs. und orthographische Varianten übergehe ich. Note b ist zu streichen, die Hs. hat richtig 'h'' (hic).

gleich auch hier (zum vierten Mal in der Hs.) über den Ursprung der Langobarden gehandelt wird, es ist daher keinesfalls von ihm verfasst. Es steht auch nicht passend hier am Schluss seiner ganzen Sammlung, hinter den Stücken, welche die Geschichte von Codagnellus' eigener Zeit behandeln. Doch ist das Stück ohne Zweifel in Piacenza oder dessen nächster Umgebung entstanden, da hier der Name der Langobarden abgeleitet wird von einem Bardus, welcher in der Nähe von Piacenza ein Kastell Bardum baute und 'longos filios habuit'. Daher mag wohl Codagnellus selbst das Stück nachträglich seiner bereits abgeschlossenen Sammlung hinzugefügt haben; freilich kann das auch erst von einem Abschreiber geschehen sein.

Damit schliesst der ursprüngliche Bestand der Pariser Handschrift.

Zu dem, was über die Benutzer der Fabelgeschichten des Codagnellus oben S. 311 gesagt ist, füge ich hier noch hinzu, dass einiges Wenige daraus auch in die Chronik des Johannes Agazzari von Piacenza (Monumenta hist. ad prov. Parm. et Placent. pertinentia, Chronica Placentinorum III, 1–5) aufgenommen ist. Wahrscheinlich hat aber Agazzari den Codagnellus nicht direkt, sondern erst durch Vermittelung einer andern Quelle benutzt. Darauf lässt schliessen, dass er aus den Ann. Placentini des Codagnellus nur ganz dürftige Notizen hat, dass er auch die Verse über die Gründung Mailands (oben S. 329) in derselben etwas abweichenden Form bringt (S. 4) wie die N. A. III, 159 beschriebene spätere Placentiner Chronik. Und jedenfalls finden sich auch in anderen späteren Chroniken von Piacenza noch weitere Entlehnungen aus Codagn., wenigstens citiert Affò, Storia di Parma I, 5, N., worauf mich Herr Prof. Bresslau aufmerksam machte, einen aus dessen Fabelgeschichten entnommenen Satz, welcher sich in der Placentiner Chronik des Jacob Carsola (Codex Ottobonian, n. 2253) findet.